ANALECTA
PHILOLOGICA HISTORICA

I

DE RERUM ALEXANDRI MAGNI SCRIPTORUM

INPRIMIS

ARRIANI ET PLUTARCHI

FONTIBUS

(Curt Immanuel)

DISSERUIT

ALFREDUS SCHOENE, DR. PHIL.
PHILOLOGIAE PROFESSOR P. O.

COMMENTATIO

PRO LOCO IN SENATU ACADEMICO REGIAE UNIVERSITATIS
FRIDERICO-ALEXANDRINAE ERLANGENSIS

RITE OBTINENDO

SCRIPTA.

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI
MDCCCLXX

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

PRAEFATIO.

In famosa illa caussa Harpalica tractanda nuper me occupatum ultro haec quaestio detulit ad Arriani libros quos nescio qua auctoritate ducti Anabaseos titulo nuncupare solemus. Prius vero quam praestantis illius scriptoris narrationes meum in usum converterem, in fontes inquirendum esse duxi quibus usus libros suos composuerit. Nimirum vidi viros doctos de Arriano deque eius fontibus hanc fere informasse sententiam, ut Arrianum antiquiorum scriptorum libris tanquam supellectili ampla ac lauta instructum ex his accurate inter se comparatis Alexandri rerum memoriam magis excerpsisse quam continua narratione conscripsisse existimarent. Itaque nemodum dubitavit quin statueret, quotquot ille enumeraret fontes, eos omnes ac potissimum quidem Ptolemaeum Aristobulumque ad manus ei fuisse. Esse tamen in hac sententia quod offendat non potui non animadvertere. Etenim si vere res ita se habet, mirum quantum discrimen intercedit inter Arrianum et reliquos illius temporis scriptores eiusdem argumenti, eos dico, qui non oculati testes suorum temporum memoriam, sed praeteritae aetatis res gestas ex antiquiorum scriptorum libris repetere studerent. Valet in eos id quod A de Gutschmid (Philol. 11, pg. 149), de posterioris aetatis scriptoribus locutus quos sophistarum generi fidenter adnumerat, pronuntiavit 'non id eos egisse, ut res memoria dignas ex diversissimis quibusque scriptoribus excerptas ad certas quas-

dam leges digererent et componerent et sic ut Justini verbis utamur, breve quasi florum corpusculum efficerent; imo eiusmodi diligentia ab eis alienissima fuisse videtur. Sed paucos quosdam auctores qui Romanorum hominum manibus tunc terebantur, compilabant ita ut excerpta flosculis rhetoricis exornata eodem ordine quo in fontibus suis res narratas invenirent, redderent cett.' Quibuscum conferenda sunt, quae is qui optime de huius generis studiis meruit Henricus Nissen de Livi fontibus pg. 78 sqq. exposuit.

Operae igitur pretium me facturum esse arbitror, si proferam quae in Arriani fontibus investigandis invenisse mihi videor, rogatosque esse velim lectores ut, si quibus longiori quam par est ambitu ingressus esse videar, ideo hoc factum esse existiment, ne praeconcepta quasi opinione deductus potius quam ductus erroribus implicarer. Namque philologorum potissimam legem quis est qui neget esse hanc, ut non rationibus extrinsecus inlatis iudicemus de scriptore sed ut ex eo ipso, quoad fieri liceat, iudicii quasi normam petamus.

Erlangae mense Maio 1870.

Alfredus Schoene.

Arrianus Nicomedensis cum Anab. 1, 12, 2 dicat: ὥστε πολὺ μεῖον γιγνώσκεται τὰ Ἀλεξάνδρου ἢ τὰ φαυλότατα τῶν πάλαι ἔργων, egregie Alexandri rerum rationem perspexit. Quarum de fontibus recte aestimandis insigni prudentia et quam in illius aetatis scriptore vix satis mireris eam sibi legem condidit de qua in praefatione ita exposuit: Πτολεμαῖος ὁ Λάγου καὶ Ἀριστόβουλος ὁ Ἀριστοβούλου ὅσα μὲν ταὐτὰ ἄμφω περὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου ξυνέγραψαν, ταῦτα ἐγὼ ὡς πάντη ἀληθῆ ἀναγράφω, ὅσα δὲ οὐ ταὐτά, τούτων τὰ πιστότερα ἐμοὶ φαινόμενα καὶ ἅμα ἀξιαφηγητότερα ἐπιλεξάμενος. Scilicet eam normam secutus est, ut quaecunque Ptolemaeus et Aristobulus consentientes inter se memoriae prodidissent, ea tanquam vera conscriberet, ubicunque inter se dissentirent, seligeret ea quae et fide et narratione digniora viderentur.

Itinerarii quod vocant Alexandri usum consulto non adhibui. Cuius accuratius examen cum reliquorum fontium comparatione alio loco instituam, cum praesertim nuper C Kluge (de itinerario Alexandri Magni Vratisl. 1861) haud sine fructu et I Zacher (Pseudocallisthenes Hal. 1867 pg. 48—84) accuratissime doctissimeque hanc quaestionem tractaverint. Verum nolo praeterire simillimam rerum Alexandri e diversissimis auctoribus ad artis normam componendarum legem sibi scripsisse Itinerarii auctorem cum dixerit cap. 2: 'Sed enim quamvis factorum egregiorum inops lingua testis ignobilis, ego tamen id humeris subeo non meis fretus, verum externi ingenii viribus. Nec de loquacium numero vilibus usus sum auctoribus, sed quos fidei amicissimos *vetus censura* pronunciat, quosque istic qua potui tibi circumcisa satis curiositate collegi, adhibito sane verborum cultu restrictius, quoniam

voti communis utilitas, non privatae iactantiae gloria petebatur.'

Iam vero legem propositam quomodo executus sit Arrianus, postquam et C Sintenis (Arr. Anab. Ed. maior 1. praef. pg. 15 sqq.) et qui eius vestigia pressit A Westermann (Pauly Realencyclop. 1² pg. 1764) paucis exemplis comprobare satis habuerunt, accuratius perquirere in animo est.

§ 1.

Ptolemaeus et Aristobulus testes inter se consentientes ab Arriano afferuntur.

Primum quidem eos locos ubi Arrianus notavit Ptolemaei et Aristobuli inter se convenientia testimonia recensebo, appositis fragmentorum numeris Muellerianis (Scriptores rerum Alexandri Magni, fragmm. collegit — Carolus Muellerus, in calce Arriani editionis Didotianae Parisiis 1846).

1 Arr. 2, 12, 3—6. Ptol. fr. 6; Aristob. fr. 6ª. Ἀλλὰ λέγουσί τινες τῶν τὰ Ἀλεξάνδρου γραψάντων, τῆς νυκτὸς αὐτῆς — ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς τῆς Ἀσίας διαπεπολεμῆσθαι ἐννόμως. ταῦτα μὲν Πτολεμαῖος καὶ Ἀριστόβουλος λέγουσι.

2 3, 25, 8 extr. Ptol. fr. 10; Aristob. fr. 15. — καὶ λέγει Πτολεμαῖος καὶ Ἀριστόβουλος ὅτι cett.

3 4, 14, 1 init. Ptol. fr. 13; Aristob. fr. 25. Ἀριστόβουλος μὲν λέγει ὅτι καὶ Καλλισθένην ἐπᾶραι σφᾶς ἔφασαν ἐς τὸ τόλμημα. καὶ Πτολεμαῖος ὡσαύτως λέγει.

4 5, 7, 1 init. Τὸ δὲ ζεῦγμα τὸ ἐπὶ τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ ὅπως μὲν ἐποιήθη Ἀλεξάνδρῳ οὔτε Ἀριστόβουλος οὔτε Πτολεμαῖος, οἷς μάλιστα ἐγὼ ἕπομαι, λέγουσιν.

5 6, 11, 5. Ptol. fr. 9; Arist. fr. 11. Ἀλλὰ ἐν Γαυγαμήλοις γὰρ γενέσθαι τὴν μάχην πρὸς τῷ ποταμῷ Βουμώδῳ λέγει Πτολεμαῖος καὶ Ἀριστόβουλος.

6 6, 28, 2. Ptol. fr. 21; Arist. fr. 36. Ταῦτα δὲ οὔτε Πτολεμαῖοϲ ὁ Λάγου οὔτε Ἀριϲτόβουλοϲ ὁ Ἀριϲτοβούλου ἀνέγραψαν, οὐδέ τιϲ ἄλλοϲ ὅντινα ἱκανὸν ἄν τιϲ ποιήϲαιτο τεκμηριῶϲαι ὑπὲρ τῶν τοιῶνδε.

7 7, 13, 3 extr. Ταῦτα δὲ οὔτε Ἀριϲτόβουλοϲ οὔτε Πτολεμαῖοϲ οὔτε τιϲ ἄλλοϲ ἀνέγραψεν ὅϲτιϲ ἱκανὸϲ ὑπὲρ τῶν τοιούτων τεκμηριῶϲαι.

8 7, 15, 6 med. Καὶ τοῦτο οὔτε ὡϲ ἀτρεκὲϲ οὔτε ὡϲ ἄπιϲτον πάντῃ ἀνέγραψα. πλήν γε δὴ οὔτε τιϲ Ῥωμαίων ὑπὲρ ταϲ τῆϲ πρεϲβείαύτηϲ ὡϲ παρὰ Ἀλέξανδρον ϲταλείϲηϲ μνήμην ἐποιήϲατό τινα, οὔτε τῶν τὰ Ἀλεξάνδρου γραψάντων, οἷϲ τιϲι μᾶλλον ἐγὼ ξυμφέρομαι, Πτολεμαῖοϲ ὁ Λάγου καὶ Ἀριϲτόβουλοϲ.

9 7, 26, 3 Ptol. fr. 21 οὐ πόρρω δὲ τούτων οὔτε Ἀριϲτοβούλῳ οὔτε Πτολεμαίῳ ἀναγέγραπται.

Quorum testimoniorum pleraque ita sunt comparata, ut ex utriusque scriptoris silentio demonstretur, falsa esse quae ab aliis auctoribus tradita sint, neque mirabitur quisquam, noviens tantum per totum Arriani opus hos duos auctores coniunctos in testimonium vocari, cum ex praefationis verbis supra citatis appareat, ea tantum ab Arriano narrari quae et Ptolemaeus et Aristobulus inter se conspirantes memoriae tradiderint.

Iam progrediendum ad eos locos, ubi discrepantes inter se Ptolemaeum et Aristobulum refert Arrianus, de quibus paulo copiosius agendum erit. Etenim sperare licet fore ut ex eius modi locis appareat, quamnam fidem et Arrianus utrique scriptori tribuat et nos tribuere debeamus.

§ 2.

Ptolemaei et Aristobuli testimonia inter se discrepantia.

10 Arr. 3, 3, 5. 6. Ptol. fr. 7; Aristob. fr. 9. Narravit Arrianus, incertum vagatum esse Alexandri exercitum,

1*

cum duces de via ambigerent qua ducerent ad Ammonis templum: Πτολεμαῖοϲ μὲν δὴ ὁ Λάγου λέγει δράκονταϲ δύο ἰέναι πρὸ τοῦ ϲτρατεύματοϲ φωνὴν ἱένταϲ, καὶ τούτοιϲ Ἀλέξανδρον κελεῦϲαι ἕπεϲθαι τοὺϲ ἡγεμόναϲ πιϲτεύϲανταϲ τῷ θείῳ. τοὺϲ δὲ ἡγήϲαϲθαι τὴν ὁδὸν τήν τε ἐϲ τὸ μαντεῖον καὶ ὀπίϲω αὖθιϲ. Ἀριϲτόβουλοϲ δέ, καὶ ὁ πλείων λόγοϲ ταύτῃ κατέχει, κόρακαϲ δύο προπετομένουϲ πρὸ τῆϲ ϲτρατιᾶϲ, τούτουϲ [an οὕτω vel οὑτωϲί?] γενέϲθαι Ἀλεξάνδρῳ τοὺϲ ἡγεμόναϲ. Καὶ ὅτι μὲν θεῖόν τι ξυνεπέλαβεν αὐτῷ ἔχω ἰϲχυρίϲαϲθαι, ὅτι καὶ κὸ τἰεὸϲ ταύτῃ ἔχει. τὸ δὲ ἀτρεκὲϲ τοῦ λόγου ἀφείλοντο οἱ ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ ὑπὲρ αὐτοῦ ἐξηγηϲάμενοι.

Ptolemaeum ab inanis superstitionis crimine vindicare studuit R Geier, cuius verba descripsit C Mueller l. c. pg. 88. Ac mihi quidem non persuasit. At has res nunc eo minus curo, quia discrimen quod inter Ptolemaei et Aristobuli narrationem intercedit facile inde explicari potest, quod Aristobulus Ptolemaei draconibus corvos substituit, credibiliorem, opinor, rem redditurus. Reliqua tantum non concordant.

11 Arr. 3, 4, 5. Ptol. fr. 8; Aristob. fr. 10. Ἐνταῦθα Ἀλέξανδροϲ τόν τε χῶρον ἐθαύμαϲε καὶ τῷ θεῷ ἐχρήϲατο· καὶ ἀκούϲαϲ ὅϲα αὐτῷ πρὸϲ θυμοῦ ἦν, ὡϲ ἔλεγεν, ἀνέζευξεν ἐπ' Αἰγύπτου, ὡϲ μὲν Ἀριϲτόβουλοϲ λέγει, τὴν αὐτὴν ὀπίϲω ὁδόν, ὡϲ δὲ Πτολεμαῖοϲ ὁ Λάγου, ἄλλην εὐθεῖαν ὡϲ ἐπὶ Μέμφιν.

De huius discrepantiae caussa nil certi statuere ausim. Nisi forte Aristobuli narrationem inde natam esse existimemus, quod Alexandrum sive corvi sive dracones et duxisse et *reduxisse* (vid. No. 10 ἡγήϲαϲθαι τὴν ὁδὸν τήν τε ἐϲ τὸ μαντεῖον καὶ ὀπίϲω αὖθιϲ) tradebantur.

12 Arr. 3, 30, 5. Ptol. fr. 11; Aristob. fr. 18. Agitur de Besso. Spitamenes et Datapliernes ex vico ubi Bessus erat abierunt, quia Bessum Alexandro tradere eos pudebat. Ptolemaeus vero (scil. Lagi filius cf. cap. 29, 7 med.), capto Besso ad Alexandrum reversus ab eo

iussus est captivum proditorem capistro alligatum adducere. Quod perfecit. Deinde Bessus flagellis caesus Bactra ad luendam poenam capitalem mittitur: Καὶ ταῦτα Πτολεμαῖοϲ ὑπὲρ Βήϲϲου ἀνέγραψεν. Ἀπιϲτόβουλοϲ δέ, τοὺϲ ἀμφὶ Ϲπιταμένην τε καὶ Δαταφέρνην Πτολεμαίῳ ἀγαγεῖν Βῆϲϲον καὶ παραδοῦναι Ἀλεξάνδρῳ γυμνὸν ἐν κλοιῷ δήϲανταϲ.

Cur hac in re Aristobulus a Ptolemaei auctoritate desciverit, id ne coniectura quidem assequimur. An recte in his studium quoddam liberandi Alexandrum a crudelitatis crimine agnovisse mihi videor? At vero nemo dubitabit, potiorem hac in re fidem Ptolemaeo ut oculato testi quin concedere debeat.

13 Arr. 4, 3, 5. Ptol. fr. 12; Aristob. fr. 20. Τὴν δὲ ἑβδόμην πόλιν ἐξ ἐφόδου ἔλαβε, Πτολεμαῖοϲ μὲν λέγει ὅτι αὐτοὺϲ ϲφᾶϲ ἐνδόνταϲ. Ἀριϲτόβουλοϲ δὲ ὅτι βίᾳ καὶ ταύτην ἐξεῖλε καὶ ὅτι πάνταϲ τοὺϲ καταληφθένταϲ ἐν αὐτῇ ἀπέκτεινε· Πτολεμαῖοϲ δὲ κατανεῖμαι λέγει αὐτὸν τοὺϲ ἀνθρώπουϲ τῇ ϲτρατιᾷ καὶ δεδεμένουϲ κελεῦϲαι φυλάϲϲεϲθαι cett.

In hoc scriptorum dissensu in utram partem inclinemus non dubitabimus. Ptolemaei enim narratio et explicatior et rei magis conveniens maiore fide digna est.

14 Arr. 4, 14, 3. Ptol. fr. 14; Aristob. fr. 26. Καλλιϲθένην δὲ Ἀριϲτόβουλοϲ μὲν λέγει δεδεμένον ἐν πέδαιϲ ξυμπεριάγεϲθαι τῇ ϲτρατιᾷ, ἔπειτα νόϲῳ τελευτῆϲαι, Πτολεμαῖοϲ δὲ ὁ Λάγου ϲτρεβλωθέντα καὶ κρεμαϲθέντα ἀποθανεῖν· οὕτωϲ οὐδὲ οἱ πάνυ πιϲτοὶ ἐϲ τὴν ἀφήγηϲιν καὶ ξυγγενόμενοι ἐν τῷ τότε Ἀλεξάνδρῳ ὑπὲρ τῶν γνωρίμων τε καὶ οὐ λαθόντων ϲφᾶϲ ὅπωϲ διεπράχθη ξύμφωνα ἀνέγραψαν.

Aristobuli narratio licet aliquantum sit memorabilior, tamen simpliciorem Ptolemaei narrationem simul veri esse similiorem quivis videt

15 Arr. 5, 14, 3 sqq. Ptol. fr. 16; Aristob. fr. 27. Ἀριϲτόβουλοϲ δὲ λέγει τὸν Πώρου παῖδα φθάϲαι ἀφικόμενον ξὺν ἅρμαϲιν ὡϲ ἑξήκοντα cett. Scilicet Alexandrum

Hydaspis fluminis transitu prohibere potuit, sed praetergressus securum Alexandro transitum reliquit. 5 Ἀλλὰ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ὅτῳ καὶ ἐγὼ ξυμφέρομαι, ἄλλως λέγει. ἐκπεμφθῆναι μὲν γὰρ τὸν παῖδα ὑπὸ τοῦ Πώρου λέγει καὶ οὗτος, ἀλλ' οὐχ ἑξήκοντα μόνα ἅρματα ἄγοντα. . . ἀλλὰ δισχιλίους γὰρ λέγει ἱππέας ἄγοντα ἀφικέσθαι τοῦ Πώρου τὸν παῖδα, ἅρματα δὲ ἑκατὸν καὶ εἴκοσι. φθάσαι δὲ περάσαντα Ἀλέξανδρον cett.

Hic verba quae sunt: Ἀριστόβουλος — λέγει τὸν Πώρου παῖδα φθάσαι, et Πτολεμαῖος — φθάσαι δὲ περάσαντα Ἀλέξανδρον facile nos inducunt, ut Ptolemaeum consulto ad Aristobuli verba respexisse arbitremur. Nisi forte quod altera enuntiatio manifesto priori opposita est, id Arriano potius quam Arriani auctoribus tribuendum est.

16 Arr. 5, 20, 2. Ptol. fr. 17; Aristob. fr. 28. Ὄνομα δὲ ἦν τῷ ἔθνει Γλαυγανῖκαι, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος, ὡς δὲ Πτολεμαῖος, Γλαῦσαι.

Ptolemaeus ceteroquin geographicarum et ethnographicarum rerum parum curiosus integram nominis formam servasse, Aristobulus graecam terminationem adglutinasse videtur.

Unus superest locus, quo quamquam Aristobulus solus testis nominatim affertur, tamen Ptolemaeum auctorem latere cum aliqua probabilitate suspicabimur:

17 Arr. 4, 6, 1; Aristob. fr. 21. Arrianus postquam ampla narratione de clade Macedonum ad Maracanda contra Spitamenem missorum exposuit, per Ἀριστόβουλος δὲ — λέγει aliam de eadem clade narrationem paullo diversam infert quam Aristobulo tribuit. Iam si reputamus Arrianum ex consilio supra proposito aut Ptolemaeum aut Aristobulum sequi, vel inde efficitur, ea quae ante scripserat quibusque opposuit ex Aristobulo excerpta, desumpta esse e Ptolemaeo. Quare Aristobulum tantum in capitis 6 paragraphis 1—3 tanquam fontem agnosci-

mus, reliqua et quae antecedunt et quae sequuntur, debentur Ptolemaeo.

Cavendum tamen est, ne putemus idem valere de

18 Arr. 4, 8, 1 sqq. Aristob. fr. 23. Narratur Alexandri facinus in Clitum commissum quae narratio continuatur ad paragraphum nonam. Ubi cum sic pergat: Ἀριστόβουλος δὲ ὅθεν μὲν ἡ παροινία ὡρμήθη οὐ λέγει, suspicari non alienum est, praecedentia a Ptolemaeo profecta esse. Quod quominus statuamus impedit oratio indirecta qua tota res refertur, itemque impediunt locutiones interpositae velut οἱ μὲν λέγουσι — οἱ δὲ paragr. 8 extr. Quod utrumque per totum Arriani opus non fit ubicunque aut Ptolemaeum aut Aristobulum aut utrumque sequitur. Quid quod Aristobulus ipse solus Ptolemaei Lagidae mentionem facit, a quo Clitum temulentia et ira percitum per fores ultra muros et fossam arcis subductum eumque reversum tandem ab Alexandro interfectum esse refert. Inde efficitur Ptolemaeum omnino de hoc Alexandri facinore tacuisse, sive quod Aristobuli narrationem novisset probaretque, id quod vix crediderim, sive aliqua alia caussa ductum.

Redeundum igitur infra erit ad hanc Cliti mortis narrationem, ubi agemus de Arriani auctoribus non nominatim ab eo citatis. De duobus aliis locis aeque certo statui nequit:

19 Arr. 7, 4, 4. Aristob. fr. 38. Ὁ δὲ καὶ γάμους ἐποίησεν Σούσοις ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν ἑταίρων. αὐτὸς μὲν τῶν Δαρείου θυγατέρων τὴν πρεσβυτάτην Βαρσίνην ἠγάγετο, ὡς δὲ λέγει Ἀριστόβουλος, καὶ ἄλλην πρὸς ταύτῃ, τῶν Ὤχου θυγατέρων τὴν νεωτάτην Παρύσατιν. ἤδη δὲ ἦν αὐτῷ ἠγμένη καὶ ἡ Ὀξυάρτου τοῦ Βακτρίου παῖς Ῥωξάνη.

Igitur Alexander tunc temporis Susis Darii filiam maximam natu Barsinen duxit. Iam antea sibi iunxisse Oxyartis filiam natu maximam Roxanen Arrianus hoc loco simpliciter refert,

cum supra fusius de hac re exposuerit 4, 19, 4 ἔνθα δὴ ἄλλων τε πολλῶν γυναῖκεϲ καὶ παῖδεϲ ἐλήφθηϲαν καὶ ἡ γυνὴ ἡ Ὀξυάρτου καὶ οἱ παῖδεϲ. καὶ ἦν γὰρ Ὀξυάρτῃ παῖϲ παρθένοϲ ἐν ὥρᾳ γάμου, Ῥωξάνη ὀνόματι, ἣν δὴ καλλίϲτην τῶν Ἀϲιανῶν γυναικῶν λέγουϲιν ὀφθῆναι οἱ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ ϲτρατεύϲαντεϲ μετά γε τὴν Δαρείου γυναῖκα. Καὶ ταύτην ἰδόντα Ἀλέξανδρον ἐϲ ἔρωτα ἐλθεῖν αὐτῆϲ. ἐραϲθέντα δὲ οὐκ ἐθελῆϲαι ὑβρίϲαι καθάπερ αἰχμάλωτον, ἀλλὰ γῆμαι γὰρ οὐκ ἀπαξιῶϲαι. — καίτοι τῆϲ γε Δαρείου γυναικόϲ, ἣ καλλίϲτη δὴ ἐλέγετο τῶν ἐν τῇ Ἀϲίᾳ γυναικῶν, ἢ οὐκ ἦλθεν ἐϲ ἐπιθυμίαν, ἢ καρτερὸϲ αὐτὸϲ αὑτοῦ ἐγένετο, νέοϲ τε ὢν cett. ὁ δὲ κατηδέϲθη τε καὶ ἐφείϲατο cett. De variis Barsinis Alexandrique uxoribus simulque de Artabazi Memnonis Mentoris affinitate ne hic longus sim alio loco dicam. Solus ut videtur Aristobulus auctor est, Alexandrum Susis in matrimonium duxisse non modo Darii filiam Barsinen, sed etiam Ochi qui ante Darium rex fuerat Persarum, filiam Parysatim. Quod sine dubio suo iure contendit. Ceterum cum l. c. Arrianus ὡϲ δὲ λέγει Ἀριϲτόβουλοϲ dixerit, reliqua narratio cui Aristobuli testimonium opponitur, e quonam fonte manaverit non liquet. Nam de Ptolemaeo cogitare cur non liceat breviter indicabimus paragrapho 3 extr.

Similiter statuemus de hoc loco:

20 Arr. 7, 17, 5; Aristob. fr. 19. Deterruerunt Chaldaei Alexandrum a Babylonis ingressu. Alexander vero suspicari coepit eos vaticinia illa praetexuisse, cum suorum in commodum ab urbe avertere cuperent regem. Ὅμωϲ δὲ τά γε τῆϲ ἐπιϲτροφῆϲ τῆϲ κατὰ τὴν εἴϲοδον τὴν ἐϲ τὴν πόλιν ἐθελῆϲαι αὐτοῖϲ πειϲθῆναι λέγει Ἀριϲτόβουλοϲ .... ἀλλὰ οὐ γὰρ δυνηθῆναι ὑπὸ δυϲχωρίαϲ οὕτωϲ ἐλάϲαι ξὺν τῇ ϲτρατιᾷ, ὅτι τὰ ἀπὸ δυϲμῶν τῆϲ πόλεωϲ εἰϲιόντι, εἰ ταύτῃ πρὸϲ ἕω ἐπέϲτρεφεν, ἐλώδη τε καὶ τεναγώδη ἦν. καὶ οὕτω καὶ ἑκόντα καὶ ἄκοντα ἀπειθῆϲαι τῷ θεῷ. Ubi notandum manifestum Aristobuli consilium vaticiniorum religionem violatam commonstrandi, cuius consilii non hic solus Aristobuli locus significationem habet.

Postremo addam Plutarchi locum quo item Ptolemaeus et Aristobulus inter se discrepare aperte referuntur.

21 Plut. de fortun. Alex. 1, 3 extr. (Mor. 1 pg. 402, 17 Dübn.): Alexander admodum adulescens ingens Persarum imperium aggredi ausus est τοῖς τρισμυρίοις — πεζοῖς καὶ τετρακισχιλίοις ἱππεῦσι πιστεύσας. τοσοῦτοι γὰρ ἦσαν, ὡς Ἀριστόβουλός φησιν. ὡς δὲ Πτολεμαῖος ὁ βασιλεύς, τρισμύριοι πεζοί, πεντακισχίλιοι δὲ ἱππεῖς. ὡς δὲ Ἀναξιμένης, τετρακισμύριοι πεζοὶ καὶ τρισχίλιοι, πεντακισχίλιοι δὲ καὶ πεντακόσιοι ἱππεῖς. Eosdem numeros sed Ptolemaeo non nominato exhibent et Arrianus 1, 11, 3 αὐτὸς δὲ ἄγων πεζοὺς μὲν σὺν ψιλοῖς τε καὶ τοξόταις οὐ πολλῷ πλείους τῶν τρισμυρίων, ἱππέας δὲ ὑπὲρ τοὺς πεντακισχιλίους et Plut. Alex. 15, 1. Alios alia referentes enumeravit C Mueller ad Ptolemaei fr. 4 pg. 87. Aristobulus unde sua hauserit ignoramus, Ptolemaeo iam propterea fidem tribuemus quia eum oculatum testem fuisse pro comperto habemus.

Omnino vero ex paucis illis locis quibus inter se dissentire traduntur Ptolemaeus et Aristobulus nihil fere ad iudicandos cognoscendosque utriusque scriptoris mores et naturam comperimus. Meliore fortasse cum successu eos locos perlustraturi sumus, ubi neque concordantes neque dissentientes afferuntur, sed ubi rerum relatarum natura fert, ut aut Ptolemaeus aut Aristobulus unicus Arriani auctor sit.

§ 3.

Ptolemaeus testis citatur.

22 Arr. 1, 2, 7. Ptol. fr. 1. Victoria de Triballis reportata narratur. Αὐτῶν δὲ Μακεδόνων τελευτῆσαι λέγει Πτολεμαῖος ἱππέας μὲν ἕνδεκα, πεζοὺς δὲ ἀμφὶ τοὺς τεσσαράκοντα.

23 1, 8, 1. Ptol. fr. 3. Ἀλλὰ λέγει Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ὅτι Περδίκκας, προτεταγμένος τῆς φυλακῆς τοῦ στρα-

τοπέδου ϲὺν τῇ αὑτοῦ τάξει καὶ τοῦ χάρακοϲ τῶν πολεμίων οὐ πολὺ ἀφεϲτηκώϲ, οὐ προϲμείναϲ παρ' Ἀλεξάνδρου τὸ ἐϲ τὴν μάχην ξύνθημα αὐτὸϲ πρῶτοϲ προϲέμιξε τῷ χάρακι καὶ διαϲπάϲαϲ αὐτὸν ἐνέβαλεν ἐϲ τῶν Θηβαίων τὴν προφυλακήν.

Impetum illum temerarium a Perdicca contra Thebas factum a Ptolemaeo narrari nemo mirabitur quicunque inimicitiarum post Alexandri mortem inter Ptolemaeum et Perdiccam exortarum, quapropter hic in Aegypto Ptolemaeo dum bellum infert, a militibus interfectus est, meminerit, quamquam per totum Arriani opus aliud vestigium illarum Ptolemaei Perdiccaeque remotioris temporis inimicitiarum frustra quaeritur.

24 Arr. 2, 11, 8. Ptol. fr. 5. Descriptio pugnae Issensis. ἀποθνήϲκει δὲ καὶ Cαβάκηϲ cett. τὸ δὲ ἄλλο πλῆθοϲ εἰϲ δέκα μάλιϲτα μυριάδαϲ, καὶ ἐν τούτοιϲ ἱππεῖϲ ὑπὲρ τοὺϲ μυρίουϲ, ὥϲτε λέγει Πτολεμαῖοϲ ὁ Λάγου, ξυνεπιϲπόμενοϲ τότε Ἀλεξάνδρῳ, τοὺϲ μετὰ ϲφῶν διώκονταϲ Λαρεῖον, ὡϲ ἐπὶ φάραγγί τινι ἐν τῇ διώξει ἐγένοντο, ἐπὶ τῶν νεκρῶν διαβῆναι τὴν φάραγγα. cf. Plut. de Alex. fort. 2, 9 init. (Moral. 1 pg. 417, 22 Dübn.) αἵματι κεκραμένουϲ ποταμοὺϲ ἔπιε, καὶ νεκροῖϲ γεγεφυρωμένουϲ διέβη.

25 3, 17, 6. Ptol. fr. 9. Uxii superantur. Πτολεμαῖοϲ δὲ ὁ Λάγου λέγει τὴν Δαρείου μητέρα δεηθῆναι ὑπὲρ αὐτῶν Ἀλεξάνδρου δοῦναί ϲφιϲι τὴν χώραν οἰκεῖν.

26 3, 26, 1. Ptol. fr. 10. Philotae Parmenionis filii insidiae Alexandri vitae structae deteguntur. Πτολεμαῖοϲ δὲ ὁ Λάγου λέγει εἰϲαχθῆναι ἐϲ Μακεδόναϲ Φιλώταν. Ergo tota narratio de Philota criminis convicto, de supplicio quo affectus est, de patre denique Parmenione Alexandri iussu aeque interfecto quae oratione indirecta usque ad extremum caput 26 continuatur e Ptolemaeo videtur fluxisse.

27 4, 25, 4. Ptol. fr. 15. Pugnae cum Arigaeensibus reliquisque barbaris commissae descriptio. καὶ λέγει Πτολεμαῖοϲ ἀνθρώπουϲ μὲν ληφθῆναι τοὺϲ πάν-

ταϲ ὑπὲρ τετρακιϲμυρίουϲ, βοῶν δὲ ὑπὲρ τὰϲ τρεῖϲ καὶ εἴκοϲι μυριάδαϲ. καὶ τούτων τὰϲ καλλίϲταϲ ἐπιλεξάμενον Ἀλέξανδρον, ὅτι διαφέρουϲαι αὐτῷ κάλλει τε καὶ μεγέθει ἐφαίνοντο, πέμψαι ἐθέλειν ἐϲ Μακεδονίαν ἐργάζεϲθαι τὴν χώραν.

28 Arr. 5, 20, 8. Ptol. fr. 18. Αὐτὸϲ δὲ [scil. Alexander] ὡϲ ἐπὶ τὸν Ἀκεϲίνην ποταμὸν προὐχώρει. Τούτου τοῦ Ἀκεϲίνου ποταμοῦ τὸ μέγεθοϲ μόνου τῶν Ἰνδῶν ποταμῶν Πτολεμαῖοϲ ὁ Λάγου ἀνέγραψεν. Tum accuratius flumen describit additque τὸ δὲ εὖροϲ ϲταδίουϲ ἐπέχειν πεντεκαίδεκα. τοῖϲ μὲν δὴ ἐπὶ τῶν διφθέρων περῶϲιν εὐμαρῆ γενέϲθαι τὸν πόρον. τοὺϲ δὲ ἐν τοῖϲ πλοίοιϲ διαβάλλονταϲ ἐποκειλάντων πολλῶν πλοίων ἐπὶ ταῖϲ πέτραιϲ καὶ ξυναραχθέντων οὐκ ὀλίγουϲ αὐτοῦ ἐν τῷ ὕδατι διαφθαρῆναι.

Ex his sive Arriani sive Ptolemaei verbis apparet, hunc de rebus geographicis uberius non exposuisse nisi cum artissime cum rebus bellicis cohaerere viderentur.

29 Arr. 5, 28, 4. Ptol. fr. 19. Hoc fragmentum versatur in referenda exercitus seditione orta cum Alexander ex periculoso Indico itinere reverti recusaret. Obstitere milites. ἐνταῦθα δὴ λέγει Πτολεμαῖοϲ ὁ Λάγου, ὅτι ἐπὶ τῇ διαβάϲει οὐδὲν μεῖον ἐνθύετο, θυομένῳ δὲ οὐκ ἐγίγνετο αὐτῷ τὰ ἱερά. Recte ni fallor suspicabimur haec eo consilio dixisse Ptolemaeum, ut defenderet Alexandrum a suspicione timiditatis quippe quem facile quis manifesta exercitus seditione victum ab incepto destitisse arbitrari posset.

30 6, 2, 4. Ptol. fr. 19a. Ἦν δὲ τὸ ξύμπαν πλῆθοϲ τῶν νεῶν, ὡϲ λέγει Πτολεμαῖοϲ ὁ Λάγου, ᾧ μάλιϲτα ἐγὼ ἕπομαι, τριακόντοροι μὲν ἐϲ ὀγδοήκοντα, τὰ δὲ πάντα πλοῖα ϲὺν τοῖϲ ἱππαγωγοῖϲ τε καὶ κερκούροιϲ καὶ ὅϲα ἄλλα ποτάμια ἢ τῶν πάλαι πλεόντων κατὰ τοὺϲ ποταμοὺϲ ἢ ἐν τῷ τότε ποιηθέντων οὐ πολὺ ἀποδέοντα τῶν διϲχιλίων.

31 Arr. 6, 10, 1. Ptol. fr. 20. Mallorum urbs expugnatur. Ἀλέξανδρος δὲ βάλλεται καὶ αὐτὸς διὰ τοῦ θώρακος ἐς τὸ στῆθος τοξεύματι ὑπὲρ τὸν μαστόν, ὥστε λέγει Πτολεμαῖος ὅτι καὶ πνεῦμα ὁμοῦ τῷ αἵματι ἐκ τοῦ τραύματος ἐξεπνεῖτο.

32 6, 11, 7 extr. Ptol. fr. 20. De eodem vulnere agitur. Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου ταύτην μόνην τὴν πληγὴν πληγῆναι λέγει τὴν ἐς τὸ στῆθος. Adicit Arrianus esse quidem qui contendant Ptolemaeum Lagi filium hoc in periculo Alexandrum servasse indeque Soteris nomen accepisse. Καίτοι αὐτὸς Πτολεμαῖος ἀναγέγραφεν οὐδὲ παραγενέσθαι τούτῳ τῷ ἔργῳ [scil. Mallorum expugnationi], ἀλλὰ στρατιᾶς γὰρ αὐτὸς ἡγούμενος ἄλλας μάχεσθαι μάχας καὶ πρὸς ἄλλους βαρβάρους.

Iam hinc inde apud Arrianum diserta Ptolemaei mentio non fit. Quod non fortuito accidisse arbitror. Etenim Aristobuli auctoritatem ab Arriano in libro septimo mox videbimus non minus quam septiens afferri. Quin etiam post ultimam Ptolemaei mentionem (6, 11, 7) Aristobulum deciens citatum reperimus. Nam fragmenta supra 6—9 numeris signata quamquam ad Arriani libros sextum (28, 2) et septimum (13, 3; 15, 6; 26, 3) pertinent, propterea nullius fere momenti sunt, quod nihil tradunt nisi *tacere* Ptolemaeum (et Aristobulum) de rebus quae ex aliis auctoribus referuntur. Idem valet de eis testimoniis quae paragrapho 2 in censuram vocavimus. Scilicet cum in quinque prioribus Arriani libris septem locos invenerimus ubi Ptolemaei et Aristobuli testimonia inter se opponuntur, duos ubi idem fieri coniecimus, neque in sexto neque in septimo libro eius modi testimoniorum discrepantiam Arrianus commemoravit. Quae cum ita sint, veri fit simillimum, Ptolemaeum, nisi forte opus eius desiit eo narrationis loco, ubi Alexander Pasargadas utpote intra proprii sui regni Persici fines redierat, certe quae inde ab hoc tempore Alexander sive gessit sive perpessus est, adumbrasse potius quam explicavisse.

§ 4.

Aristobulus testis citatur.

33 Arr. 2, 3, 6 extr. Aristob. fr. 4. Exponit Arrianus de Gordii nodo. πρὸϲ δὲ δὴ τούτοιϲ καὶ τόδε περὶ τῆϲ ἁμάξηϲ ἐμυθεύετο, ὅϲτιϲ λύϲειε τοῦ ζυγοῦ τῆϲ ἁμάξηϲ τὸν δεϲμόν, τοῦτον χρῆναι ἄρξαι τῆϲ Ἀϲίαϲ. — Ἀλέξανδροϲ δὲ — οἱ μὲν λέγουϲιν ὅτι παίϲαϲ τῷ ξίφει διέκοψε τὸν δεϲμὸν καὶ λελύϲθαι ἔφη. Ἀριϲτόβουλοϲ δὲ λέγει ἐξελόντα τὸν ἕϲτορα τοῦ ῥυμοῦ, ὃϲ ἦν τύλοϲ διαβεβλημένοϲ διὰ τοῦ ῥυμοῦ διαμπάξ, ξυνέχων τὸν δεϲμόν, ἐξελκύϲαι ἔξω τοῦ ῥυμοῦ τὸν ζυγόν. Addit Arrianus, eodem opinor auctore usus, ea nocte tonitrua et fulgura testificata esse, vaticinium esse ratum, eaque de caussa postridie Alexandrum dis sacrificasse cum ob prodigia edita tum ob rationem solvendi nodi patefactam.

Haec omnia scriptorem superstitioni obstrictum resipiunt, et qui cupiat demonstrare, Alexandrum non ut adulescentem temerarium sed ut virum egisse deorum cultus observantissimum.

34 Arr. 2, 4, 7 init. Aristob. fr. 5. Ἀλέξανδροϲ δέ, ὡϲ μὲν Ἀριϲτοβούλῳ λέλεκται, ὑπὸ καμάτου ἐνόϲηϲεν, non ut plerique tradunt quod se aestuantem et sudantem in Cydnum flumen coniecerit. Ac nisi fallor, his aliisque narrationibus Aristobulo propriis hoc unum perspicuum fit, respexisse eum ad narratiunculas quae iam tum cum opus suum conscribebat, sive sermonibus circumferebantur sive litteris tradebantur easque ut Alexandro parum dignas aut tacite aut aperte refutare studuisse.

35 3, 3, 3. Aristob. fr. 8. Μέχρι μὲν δὴ Παραιτονίου παρὰ θάλαϲϲαν ᾔει δι᾽ ἐρήμου, οὐ μέντοι δι᾽ ἀνύδρου τῆϲ χώραϲ, ϲταδίουϲ ἐϲ χιλίουϲ καὶ ἑξακοϲίουϲ, ὡϲ λέγει Ἀριϲτόβουλοϲ. Aristobulum res geographicas stationumque ut aiunt spatia ac mensuras curare saepe videbimus.

36 Arr. 3, 11, 3. Ar. fr. 12. — ἑάλω γὰρ ὕϲτερον ἡ τάξιϲ ἥντινα ἔταξε Δαρεῖοϲ γεγραμμένη, ὡϲ λέγει Ἀριϲτόβουλοϲ.

Hoc si verum esset, sane miraremur a Ptolemaeo omissum esse. At subnascitur suspicio haec ab Aristobulo, ut fidem faceret accuratissimae Darianae aciei descriptioni, excogitata esse.

37 Arr. 3, 28, 5. 6. Aristob. fr. 16. Τὸ δὲ ὄροϲ ὁ Καύκαϲοϲ ὑψηλὸν μέν ἐϲτιν ὥϲπερ τι ἄλλο τῆϲ Ἀϲίαϲ, ὡϲ λέγει Ἀριϲτόβουλοϲ — ἀλλὰ ἔν γε τούτῳ τῷ Καυκάϲῳ οὐδὲν ἄλλο ὅτι μὴ τέρμινθοι πεφύκαϲι καὶ ϲίλφιον, ὡϲ λέγει Ἀριϲτόβουλοϲ. vid. quae supra diximus ad No. 35.

38 3, 30, 7. Aristob. fr. 19. Τῷ δὲ Τανάιδι τούτῳ, ὃν δὴ καὶ Ἰαξάρτην ἄλλῳ ὀνόματι πρὸϲ τῶν ἐπιχωρίων βαρβάρων καλεῖϲθαι λέγει Ἀριϲτόβουλοϲ, αἱ πηγαὶ μὲν ἐκ τοῦ Καυκάϲου ὄρουϲ καὶ αὐτῷ εἰϲίν. cf. not. ad No. 35.

39 4, 13, 5. Agitur de Hermolai coniuratione. Pactum erat inter coniuratos, ut Alexandrum somno obrutum necarent: Ξυμβῆναι δὲ οἱ μὲν αὐτομάτωϲ λέγουϲιν ἔϲτε ἡμέραν πίνειν Ἀλέξανδρον. Ἀριϲτόβουλοϲ δὲ ὧδε ἀνέγραψε: Syram quandam mulierculam κάτοχον ἐκ τοῦ θείου γιγνομένην cum Alexandrum comitari soleret primum Alexandro et amicis risui fuisse, deinde et noctu et interdiu aditum regis habuisse, saepe etiam dormienti ei adfuisse. Hanc regem precibus adiisse, ut illam noctem potando traduceret. Alexandrum vero θεῖόν τι εἶναι νομίϲαντα ei obtemperasse et sic servatum esse.

Vel haec fabula aperte redolet eandem illam Aristobuli superstitionem, quam supra in eo deprehendere nobis videbamur.

40 Arr. 6, 22, 4 sqq. Aristob. fr. 35. Loquitur Arrianus de Gadrosorum regione deserta. Καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ ταύτῃ λέγει Ἀριϲτόβουλοϲ ϲμύρνηϲ πολλὰ δένδρα πεφυκέναι μείζονα ἢ κατὰ τὴν ἄλλην ϲμύρναν. Reliqua cum item

oratione indirecta usque ad finem capitis procedant vix dubium est quin geographica illa omnia ex Aristobulo manaverint.

41 Arr. 6, 28, 3 init. Aristob. fr. 36. Narratur fabula illa de Alexandro in Carmania sub specie Dionysi debacchante quam Arrianus neque apud Ptolemaeum neque apud Aristobulum extare notat. Ἀλλ' ἐκεῖνα ἤδη Ἀριστοβούλῳ ἑπόμενος ξυγγράφω, θῦσαι ἐν Καρμανίᾳ Ἀλέξανδρον χαριστήρια τῆς κατ' Ἰνδῶν νίκης καὶ ὑπὲρ τῆς στρατιᾶς, ὅτι ἀπεσώθη ἐκ Γαδρωσίων, καὶ ἀγῶνα διαθεῖναι μουσικόν τε καὶ γυμνικόν. Porro oratione item indirecta adiungitur, Alexandrum grati animi testificandi caussa Peucestam inter σωματοφύλακας recepisse quorum reliqua septem nomina recensentur.

Prior huius fragmenti pars bene congruit cum ceteris eiusdem generis Aristobuli narratiunculis. In altera parte memoratu dignum est quod in numero somatophylacum Ptolemaeus Lagides refertur.

42 Arr. 6, 29, 4 et 10. Aristob. fr. 37. Ἐλύπησε δὲ αὐτὸν [scil. Alexandrum] ἡ παρανομία ἡ ἐς τὸν Κύρου τοῦ Καμβύσου τάφον, ὅτι διορωρυγμένον τε καὶ σεσυλημένον κατέλαβε τοῦ Κύρου τὸν τάφον, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος. ibid. 10 καὶ λέγει Ἀριστόβουλος αὐτὸς ταχθῆναι πρὸς Ἀλεξάνδρου κοσμῆσαι ἐξ ὑπαρχῆς τῷ Κύρῳ τὸν τάφον.

Ubi quamvis Arriano sermonis prolixum genus condonemus, vereor tamen ne potius librariis quam scriptori ipsi indulgeamus, nisi in priori particula emblemate remoto leni correctura ita emendamus: ἐλύπησε δὲ αὐτὸν ἡ παρανομία ἡ ἐς τὴν Κύρου τοῦ Καμβύσου, ὅτι cett, sive si hoc magis satisfacit ἡ παρανομία ἡ ἐς τὸν Κῦρον τὸν Καμβύσου. Ceterum hic locus, id quod silentio nolo praeterire, unicus est in quo Arrianus Aristobulum ipsum de semet ipso aliquid referentem aperte tradidit.

43 Arr. 7, 18, 1 sqq. Aristob. fr. 39. Totum caput ex Aristobulo fluxisse his verbis efficitur: Ἐπεὶ καὶ τοιόνδε τινὰ λόγον Ἀριστόβουλος ἀναγέραφεν. — 3 καὶ ταύτην τὴν ἐπιστολὴν λέγει Ἀριστόβουλος κομίσασθαι. — 5 ταῦτα αὐτὸς Ἀριστόβουλος λέγει παρὰ Πειθαγόρου πυθέσθαι. καὶ Περδίκκᾳ δὲ μαντεύσασθαι αὐτὸν λέγει καὶ Ἀντιγόνῳ χρόνῳ ὕστερον. καὶ τοῦ αὐτοῦ σημείου ἀμφοῖν γενομένου Περδίκκαν τε ἐπὶ Πτολεμαῖον στρατεύσαντα ἀποθανεῖν καὶ Ἀντίγονον ἐν τῇ μάχῃ τῇ πρὸς Σέλευκον καὶ Λυσίμαχον τῇ ἐν Ἰψῷ γενομένῃ.

Ex hac fabula de vaticinio imminens periculum Alexandro praesagiente Aristobuli imaginem qualem nobis effinximus denuo agnoscere licet. Ac siquidem Aristobulus testatur se haec ex ipso Pithagora audivisse, consentaneum est hoc Aristobulum post Antigoni demum mortem (a. a. Chr. 301) litteris mandare potuisse. Quae quamquam haud magni sunt momenti, tamen in tanta accuratae memoriae penuria animadvertenda videbantur.

Num ea quoque quae Arr. l. c. paragrapho 6 similia de Calano Alexandri mortem vaticinante narravit ex Aristobulo desumpta sint affirmari nequit.

44 Arr. 7, 19, 3 sqq. Aristob. fr. 40. Κατέλαβε δὲ ἐν Βαβυλῶνι, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος, καὶ τὸ ναυτικόν cett. Aristobuli verba indirecta oratione ab Arriano descripta usque ad paragr. 5 pertinere certum est, non aeque ad liquidum perducere licet, num etiam ea quae mox sequuntur ei tribuenda sint.

45 7, 20, 4. Aristob. fr. 44. Καὶ ταύτην τὴν νῆσον λέγει Ἀριστόβουλος ὅτι Ἴκαρον ἐκέλευσε καλεῖσθαι Ἀλέξανδρος ἐπὶ τῆς νήσου τῆς Ἰκάρου τῆς ἐν τῷ Αἰγαίῳ πόντῳ cett. Fragmentum ad terrarum descriptionem spectans. Cf. No. 35.

46 7, 22, 4. 5. Aristob. fr. 42. Narratur fabula de Alexandri diademate ab arundine capiti regis avulso nautaeque capiti imposito et ab hoc ad regem delato. Καὶ οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἀναγραψάντων τὰ

Ἀλεξάνδρου referunt homini illi talentum quidem donatum sed caput praecisum iussu regis. Ἀριστόβουλος δὲ τάλαντον μὲν ὅτι ἔλαβεν λέγει αὐτόν [an potius λέγει αὐτός?], ἀλλὰ πληγὰς λαβεῖν τῆς περιθέσεως ἕνεκα τοῦ διαδήματος. Ἀριστόβουλος μὲν δὴ τῶν τινὰ Φοινίκων τῶν ναυτῶν λέγει ὅτι τὸ διάδημα τῷ Ἀλεξάνδρῳ ἐκόμισεν. εἰσὶ δὲ οἳ Σέλευκον λέγουσι. Seleucum enim post Alexandri obitum ceterorum maximum regem fuisse, itaque hoc modo olim Seleuco summum imperium praesagitum esse.

Qua in re dubium, utrum Aristobulus suam narrationem ante conscripserit quam illa narratiuncula circum ferebatur quae manifesto tum demum excogitata est cum Seleucus imperio iam erat potitus, an post hoc tempus et eo quidem consilio ut nugas illas dirimeret (cf. not. ad No. 34). Ut ad hanc potius opinionem inclinem eo adducor, quod ubicunque Arrianus eiusmodi fabulis Aristobuli simplex et sobrium iudicium opposuit, plerumque vanas illas narratiunculas primo, Aristobuli relationem secundo loco positam esse video velut 2, 3, 7; 4, 13, 5. Quapropter facile suspiceris hanc ipsam vera fabulis opponendi consuetudinem ab Arriano desumptam esse ex Aristobuli opere.

48 Arr. 7, 24, 1; Aristob. fr. 45. Ἀλλὰ γὰρ αὐτῷ ἤδη Ἀλεξάνδρῳ ἐγγὺς ἦν τὸ τέλος. Καί τι καὶ τοιόνδε πρὸ τῶν μελλόντων σημῆναι λέγει Ἀριστόβουλος. Tum narrat Alexandrum in exercitu instituendo occupatum, cum sitim sentiret abiisse soliumque regium vacuum reliquisse; exin virum quendum ignotum consedisse in solio regio, adductum illum quidem, ut dixerit, non insidiis sed levitate tantum quadam animi, vatesque inde tanto maius malum portendisse.

Haec rursus quadrant in superstitionem Aristobuli saepius notatam.

49 Arr. 7, 28, 1; Aristob. fr. 47. Alexander Olympiade CXIIII. archonte Athenis Hegesia decessisse fertur. ἐβίω δὲ δύο καὶ τριάκοντα ἔτη καὶ τοῦ τρίτου

μῆνας ἐπέλαβεν ὀκτώ, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος. Neque dubitaverim quin ea etiam omnia quae arte inter se cohaerentia sequuntur usque ad cap. 36 extr. pendeant ex Aristobulo qui idem in hac extrema libri parte iterum citatur:

50 Arr. 7, 29, 4 extr. Aristob. fr. 48. καὶ οἱ πότοι δέ, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος, οὐ τοῦ οἴνου ἕνεκα μακροὶ αὐτῷ ἐγίγνοντο, οὐ γὰρ πίνειν πολὺν οἶνον Ἀλέξανδρον, ἀλλὰ φιλοφροσύνης τῆς εἰς τοὺς ἑταίρους, quibuscum conferenda sunt quae exposuit Plut. Alex. 23 init.: ἦν δὲ καὶ πρὸς οἶνον ἧττον ἢ ἐδόκει καταφερής. ἔδοξε δὲ διὰ τὸν χρόνον, ὃν οὐ πίνων μᾶλλον ἢ λαλῶν εἷλκεν ἐφ' ἑκάστης κύλικος, ἀεὶ μακρόν τινα λόγον διατιθέμενος, καὶ ταῦτα πολλῆς σχολῆς οὔσης cett.

Ea quae in Plutarcho exinde sequuntur cum arte cohaerent cum antecedentibus tum manifesto produnt scriptorem qui bonis ac fidis auctoribus usus studioque non dissimulato ductus regis laudandi et ab inanibus et iniustis criminationibus vindicandi, vividam et veram Alexandri imaginem exprimere conatur. Postremo haec adduntur paragr. 3 extr.: τὸν δὲ πότον, ὥσπερ εἴρηται, μακρὸν ὑπ' ἀδολεσχίας ἐξέτεινε. Quare quaecunque hoc Plutarcheae Alexandri vitae capite continentur non sine caussa ad Aristobulum tanquam auctorem referre mihi videor.

§ 5.

Pauca ex his locis ad iudicandam Ptolemaei et Aristobuli fidem assecuti sumus praeter hoc quod Ptolemaeum praeferendum esse nobis persuasimus, ubi utriusque testis narrationes inter se discrepant. Neque multum prosunt reliqua horum scriptorum fragmenta ab aliis conservata.

At Ptolemaei quidem fragmenta quae non eadem apud Arrianum cum nominis eius memoria recurrant duo tantum extant, No. 2 et 4ª inter Muelleri fragmenta; alterum quidem apud Strabonem 7 pg. 301 extr. Sed idem invenitur apud

Arrianum 1, 4 extr. et fusius quidem explicatum; alterum apud Steph. Byz. s. v. Ἀγχιάλη quod num vere Lagidae Ptolemaei sit valde dubito. Quare ne ex his quidem ad accuratius definiendam Ptolemaei rationem narrandi quicquam colligi potest. Neque magis ex his constat de tempore quo Ptolemaeus opus suum composuisse videatur. Etenim cum R Geier cui adstipulatur C Mueller sibi persuaserit, Ptolemaeum opus suum tum demum condidisse, postquam regiam dignitatem adeptus esset, igitur post annum 306 a. Chr., id quamvis veri simillimum esse non negem, tamen iusto confidentius ab his viris statutum esse arbitror. Nimirum neque Arriani verba (praef. 2 Πτολεμαῖοϲ δὲ πρὸϲ τῷ ξυϲτρατεῦϲαι ὅτι καὶ αὐτῷ βαϲιλεῖ ὄντι αἰϲχρότερον ἤ τῳ ἄλλῳ ψεύϲαϲθαι ἦν) hoc probant, neque ex Ptolemaei fragmento 7, nostri recensus No. 10 hoc efficitur.

Similis ratio est Aristobuli fragmentorum. Quorum cum apud C Muellerum omnino 48 extent, horum 31 ex ipso Arriano sunt deprompta. Reliqua haec 3. 6. 7^{b}. 8. 13. 14. 17. 22. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 34^{b}. 41. 43. maximam partem e Strabone fluxerunt spectantque ad res geographicas et ethnographicas.

Unum tantum inter haec fragmenta eminet memoratu dignum.

51 Strabo 11 pg. 509, Aristob. fr. 17. Ἀριϲτόβουλοϲ δὲ καὶ μέγιϲτον ἀποφαίνει τὸν Ὦξον τῶν ἑωραμένων ὑφ' ἑαυτοῦ κατὰ τὴν Ἀϲίαν, πλὴν τῶν Ἰνδικῶν. φηϲὶ δὲ καὶ εὔπλουν εἶναι, καὶ οὗτοϲ καὶ Ἐρατοϲθένηϲ παρὰ Πατροκλέουϲ λαβών, καὶ πολλὰ τῶν Ἰνδικῶν φορτίων κατάγειν εἰϲ τὴν Ὑρκανίαν Θάλατταν, ἐντεῦθεν δ' εἰϲ τὴν Ἀλβανίαν περαιοῦϲθαι καὶ διὰ τοῦ Κύρου καὶ τῶν ἑξῆϲ τόπων εἰϲ τὸν Εὔξεινον καταφέρεϲθαι.

Haec quantum valeant ad Aristobuli fidem recte aestimandam tempusque accuratius definiendum quo facilius est intellectu, eo magis dolendum est, quod C Mueller hunc locum prorsus neglexisse videtur. Etenim Patroclis illius reliquias

enarravit fr. hist. gr. 2, 442 sqq. ubi comparato Plinio nh. 6, 21 haec habet: 'Patrocles sub Seleuco Nicatore eiusque filio Antiocho per tempus aliquod regionibus praefuit, quae sunt circa mare Hyrcanicum atque Caspium (fr. 7); eaque maria cum classe perlustravit, eo ut videtur consilio, ut utriusque coniunctionem quandam investigaret cett.' 'Ceterum Patrocles noster idem procul dubio est cum eo, qui an. 312 Babyloni a Seleuco praefectus erat (Diod. 19, 100), deinde an. 286 Seleuco persuasit, ne fideret Demetrio Poliorcetae supplices ad regem litteras e Cilicia mittenti (Plut. Pyrrh. 47); qui denique post mortem Seleuci (an. 280) ab Antiocho in Asiam missus est minorem, ut pullulantes ibi seditiones restingueret.' Ubi quomodo a Bithyniis circumventus insidiis interfectus sit exposuit Memnon fr. 15 C Mueller fr. histor. gr. 3 pg. 534 sq. Iam si quaeritur quonam tempore veri simillimum sit scripsisse Patroclem commentarios suos, factum hoc esse intra annos 312—286 commodissime coniectabitur, eo igitur tempore quo Aristobulum opus suum nondum adgressum esse infra pg. 25 demonstrabimus. Patroclis fidem et auctoritatem iam C Mueller monuit a Strabone summis laudibus efferri. Scilicet postquam 2 pg. 70 extr. Deimachum et Megasthenem ut fide indigno acerbissime exagitavit addit ille haec: Πατροκλῆς δὲ ἥκιστα τοιοῦτος. Eidem Patrocli patrocinatur 2 pg. 68: Πατροκλῆς ὁ μάλιστα πιστεύεσθαι δίκαιος, διά τε τὸ ἀξίωμα καὶ διὰ τὸ μὴ ἰδιώτης εἶναι τῶν γεωγραφικῶν; ibid. pg. 69 med. Καὶ αὐτὴ δὲ ἡ τοῦ Πατροκλέους πίστις ἐκ πολλῶν μαρτυρεῖν σύγκειται, τῶν βασιλέων τῶν πεπιστευκότων αὐτῷ τηλικαύτην ἀρχήν, τῶν ἐπακολουθησάντων αὐτῷ, τῶν ἀντιδοξούντων, ὧν αὐτὸς ὁ Ἵππαρχος κατονομάζει. οἱ γὰρ κατ' ἐκείνων ἔλεγχοι πίστεις τῶν ὑπὸ τούτου λεγομένων εἰσίν. οὐδὲ τοῦτο δὲ ἀπίθανον τοῦ Πατροκλέους, ὅτι φησὶ τοὺς Ἀλεξάνδρῳ συστρατεύσαντας ἐπιδρομάδην ἱστορῆσαι ἕκαστα, αὐτὸν δὲ Ἀλέξανδρον ἀκριβῶσαι, ἀναγραψάντων τὴν ὅλην χώραν τῶν ἐμπειροτάτων αὐτῷ· τὴν δ' ἀναγραφὴν αὐτῷ δοθῆναί φησι ὕστερον ὑπὸ Ξενοκλέους τοῦ γαζοφύλακος. In his non est cur Strabonis iudicio diffidamus. Igitur

Patrocli uti licuit maxima fide dignis commentariis quos Alexander ἀκριβώϲαϲ componendos curaverat. Quodsi supra vidimus, Aristobulum Patrocle auctore usum esse, Arrianus vero nusquam Patroclem commemorat, suspicari licebit quasdam Patroclis reliquias ex Aristobuli opere in Arriani librum translatas esse. Atque eiusmodi vestigiorum certe unum invenisse mihi videor.

Arrianus enim de India eiusque incolis exponens inanes nugas refutat quas hisce de rebus delectationis potius quam veritatis caussa permulti scriptores, et eo quidem confidentius divulgassent, quo rarius difficiliusque mendacii convinci possent. Tum pergit ita:

52 Arr. 5, 4, 4. Ἀλλὰ Ἀλλέξανδροϲ γὰρ καὶ οἱ ξὺν τούτῳ ϲτρατεύϲαντεϲ τὰ πολλὰ ἐξήλεγξαν, ὅϲα γε μὴ καὶ αὐτῶν ἔϲτιν οἳ ἐψεύϲαντο. ἀχρύϲουϲ δὲ εἶναι Ἰνδοὺϲ ἐξήλεγξαν, ὅϲουϲ γε δὴ Ἀλέξανδροϲ ξὺν τῇ ϲτρατιᾷ ἐπῆλθε, πολλοὺϲ δὲ ἐπῆλθε, καὶ ἥκιϲτα χλιδῶνταϲ κατὰ τὴν δίαιταν, ἀλλὰ μεγάλουϲ τὰ ϲώματα, οἵουϲ μεγίϲτουϲ τῶν κατὰ τὴν Ἀϲίαν, πενταπήχειϲ τοὺϲ πολλοὺϲ ἢ ὀλίγον ἀποδέονταϲ, καὶ μελαντέρουϲ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, πλὴν Αἰθίοπων, καὶ τὰ πολέμια πολύ τι γενναιοτάτουϲ τῶν γε δὴ τότε ἐποίκων τῆϲ Ἀϲίαϲ.

Refutasse igitur illas nugas dicuntur Alexander et qui cum eo militaverunt. Iam possit aliquis suspicari nihil aliud significari, nisi et ducem et exercitum, cum ipsi remotissimas Indiae regiones visitassent post reditum accuratiorem earum notitiam divulgasse, neque Arrianum respicere ad refutationem apertam et consulto et per litteras factam. At secus rem se habere demonstrat constans fere loquendi usus Arriani qui ubicunque dicit οἱ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ ϲτρατεύϲαντεϲ, eos Graecos significare solet, qui cum Alexandro militantes rerum gestarum memoriam conscripserunt. Velut paulo infra 5, 5, 1 Ἀλλὰ ὑπὲρ Ἰνδῶν ἰδίᾳ μοι γεγράψεται ὅϲα πιϲτότερα ἐϲ ἀφήγηϲιν οἵ τε ξὺν Ἀλεξάνδρῳ ϲτρατεύϲαντεϲ καὶ ὁ Νέαρχοϲ, ἐπὶ δὲ ὅϲα Μεγαϲθένηϲ τε καὶ Ἐρατοϲθένηϲ δοκίμω

ἄνδρε ξυνέγραψαν. Unde fit consentaneum, Arrianum ut qui priori in loco etiam Alexandrum regem ipsum his coniunxerit, respicere ad certum quoddam Alexandri de India Indisque testimonium. Quod facile quis coniciat sumptam esse ex epistula aliqua quae multae sub Alexandri nomine ferebantur (Westermann de epist. gr. scriptorr. 2 pg. 5—11). At commode recordamur Strabonis loci illius quo de commentariis geographicis Alexandri iussu conscriptis quibus Patrocles usus est exposuit. Horum Arrianus cum omnino notitiam non habuerit, id quod ex eius silentio satis certo argumentamur, necesse est statuamus, memoriam illam ab Arriano deberi Aristobulo, ab Aristobulo autem Patrocli.

Sed iam redeo ad recensenda reliqua Aristobuli fragmenta quotquot apud alios praeter Arrianum scriptores extant. Quorum paucissima tantum supersunt quae de rebus vere ut aiunt historicis agunt, velut C Muelleri fr. 1. 1^{a}. 1^{b}. De 1^{c} vid. supra No. 21. — Deinde fr. 2:

53 Plut. Alex. 16, 7. Λέγονται δὲ πεζοὶ μὲν δισμύριοι τῶν βαρβάρων, ἱππεῖς δὲ δισχίλιοι πεντακόσιοι πεσεῖν. τῶν δὲ περὶ τὸν Ἀλέξανδρον Ἀριστόβουλός φησι τέσσαρας καὶ τριάκοντα νεκροὺς γενέσθαι τοὺς πάντας, ὧν ἐννέα πεζοὺς εἶναι. Quae cum pugnare videantur cum Arriano 1, 17, 7 Μακεδόνων δὲ τῶν μὲν ἑταίρων ἀμφί τοὺς εἴκοσι καὶ πέντε ἐν τῇ πρώτῃ προσβολῇ ἀπέθανον, R Geier discrepantiam recte ita explicavit, ut Aristobuli locum a Plutarcho citatum ad eos tantum spectare statuerit, qui ex singulari Alexandri sodalium (ἑταίρων) agmine periissent. Namque si Arriani illis quinque et viginti mortuis novem Aristobuli πεζούς addas, eundem ab utroque scriptore numerum traditum invenies. Ceterum moneo, Iustino (11, 6) cum Aristobulo convenire de peditum interfectorum numero. De qua amborum scriptorum concordantia infra dicetur. pg. 50, paragr. 9 init.

De fragmentis 4 (Plut. Alex. 18, 2. coll. Arrian. 2, 3, 7),

5. 7. 23[a]. 28[a]. 28[b]. 46 aut nihil est quod dicam, aut iam exposui vel infra dicturus sum. Vix enim ullum horum fragmentorum novi quicquam affert ad definiendam operis Aristobuli naturam et rationem. Nimirum Aristobulum militaribus rebus minus operam dedisse quam descriptioni terrarum plantarum populorum beluarum fluviorum montium iam R Geier Hullemann C Mueller recte animadverterunt. Fugit vero doctos illos viros mira illa scriptoris superstitio in haud paucis fragmentis conspicua, qui cum multus sit in oraculis vaticiniis portentis referendis haud scio an nonnumquam ibi quoque Arriani auctor fuisse statuendus sit, ubi nomen Aristobuli non legitur. Quibus locis non temere adnumerabimus omnes eas narrationes ubi de Aristandri Telmissensis Alexandri vatis vaticiniis agitur, velut 1, 11, 2; 1, 25, 8; 2, 18, 1; 2, 26, 4 quocum conferendum 27, 2; 3, 2, 2; 3, 7, 6; 3, 15, 7; 4, 4, 3 coll. 9; 4, 15, 8. Ubi sane mirabimur, inde ab hoc loco prorsus nullam ab Arriano mentionem fieri Aristandri illius, quamquam etiam in reliquo libro quarto et in reliquis tribus libris haud raro vaticinia commemoravit et qualem eventum postea habuerint. Hoc quidem non fortuito accidisse iudicabimus; neque casui tribuerim, quod cum in libris 2. 3. 4. 6. 7 Arriani satis larga fragmentorum Aristobuleorum messis reperiatur, in primo libro nulla omnino eius mentio fit, in quinto nusquam unicus testis, bis tantum contra Ptolemaeum inania referens, semel concordans cum Ptolemaeo citatur. Cui sententiae non obstat, quod Plutarchus Moral. 1 pg. 320 et 2 pg. 1337 Duebn. idemque Demosth. 23, 5 Aristobulum testem laudat rerum narratarum quae ad captas ab Alexandro Thebas pertinent. Scilicet facile fieri potuit, ut Aristobulus talia sive in alio opere sive quod magis placet, in transcursu narrans rerum ab Alexandro in Asia gestarum memoriae inseruerit. Quare facere nequeo quin Aristobuli librum ab Arriano usurpatum ex eo demum tempore exorsum esse suspicer, quo Alexander in Asiam transiit.

Aristobulus ipse, ut dixi, quis et qualis fuerit, paucissima tantum extant indicia in Arriani opere. Quibus adnu-

mero quae 4, 6, 10 leguntur. Ibi Sogdianae flumina recensens Arrianus inter alia Polytimetum nominat, de quo Aristobulum retulisse aperte testatur Strabo 11 pg. 518. Sed adduntur in Arriani l. c. haec:

54 Arr. 4, 6, 10 καὶ εἰσὶ ξύμπαντες οὗτοι τηλικοῦτοι ποταμοὶ ὥστε οὐδεὶς αὐτῶν μείων ἐστὶ τοῦ Πηνείου τοῦ Θεσσαλικοῦ ποταμοῦ, ὃς διὰ τῶν Τεμπῶν ῥέων ἐκδιδοῖ ἐς θάλασσαν· ὁ δὲ Πολυτίμητος πολὺ ἔτι μείζων ἢ κατὰ τὸν Πηνειὸν ποταμόν ἐστι.

Quae sive Aristobuli patriam sive eum certe locum prodere arbitror, quo opus suum composuerit. Iam vero Κασανδρεύς vocatur a Luciano Macrob. 22; Athenaeo 2, 43 D; 6, 251 D, Casandrea autem urbs cum anno demum 316 a Casandro Antipatri filio natu maximo condita sit, consentaneum est, cognomen illud Aristobulo non propterea obtigisse quod Casandreae natus esset, sed quod tum cum opus suum conscriberet ibi moraretur. Quapropter barbara illa flumina cum Peneo flumine comparavit a quo Casandreae vitam degens proxime abesset. — C Mueller l. c. contendit Aristobulum a Casandri partibus stetisse. Quod quibus rationibus probaturus sit, me nescire fateor. Etenim nullum superest fragmentum Aristobuli, quod non Alexandri admirationem favoremque prodat, quod non futurum fuisse opinor in eo qui Alexandri adversario faveret Casandro, ideoque hanc quoque ob caussam suspicor Aristobulum demum post Casandri filiique eius Alexandri mortem, post annum igitur 294 vel 287 rerum gestarum historiam composuisse. Senectute iam provecta Aristobulum ad scribendum se accinxisse ex ipsis scriptoris verbis refert Lucianus Macrob. 22 Ἀριστόβουλος ὁ Κασανδρεὺς ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη λέγεται βεβιωκέναι. τὴν ἱστορίαν τέταρτον καὶ ὀγδοηκοστὸν ἔτος γεγονὼς ἤρξατο συγγράφειν, ὡς αὐτὸς ἐν ἀρχῇ τῆς πραγματείας λέγει. Tunc igitur et Casander et eius filii mortui erant, ut non coactus fuerit quamquam Casandreae vivebat in historia componenda debito maiorem Casandro tribuere partem. Nihilo minus quodam

modo Aristobulum cum Casandro coniunctum fuisse infitiari nolo. Ut eas ipsas Arriani operis partes, quibus Antipatri Casandrique uberior mentio fit ex Aristobulo prodiisse existimem, velut 7, 12, 5—7 ubi cum scite et copiose de Antipatri Olympiadisque inimicitiis exponi coeptum sit, non una de caussa valde dolemus, quod nota illa lacuna quae intercedit inter huius libri capita 12 et 13 reliqua nobis subduxit. Verum in eis quae supersunt neque nimium neque parum Antipatro favere videtur sed iuste et religiose res exponit. Contra eas quas Arrianus 7, 21, 1 refert narratiunculas quibus ne ipse quidem fidem habet, ex Aristobulo non profectas esse contenderim, cum praesertim Arrianus qui paullo supra 7, 26, 3 Aristobuli testimonium attulit, hoc ipso loco illius scriptoris mentionem non faciat.

His accuratius perpensis in promptu est conicere, scripsisse Aristobulum opus suum post annum 287. Quo tempore dubitari vix potest, quin Ptolemaeus librum suum iam absolverit quippe quem 282 mortuum esse constet. Iam veri videtur simillimum, respexisse Aristobulum ad Ptolemaei opus. Quare haud iniuria C Mueller contendit, Aristobulum aetate inferiorem esse reliquis scriptoribus, licet nimium in universum hoc pronuntiasse videatur. Namque praeter Patroclem (cf. supra pg. 20 ad No. 50) Onesicritum (cf. infra pg. 29) Ptolemaeum vix quenquam invenies cuius Aristobulum rationem habuisse ex reliquiis eius probari possit. Ea igitur ex ratione iudicandi sunt omnes ei loci ubi ex Arriani testimonio inter se differunt Ptolemaeus et Aristobulus, ut illum fide hunc superare existimemus vel propterea quod tempore antecedit. Huc accedit quod Ptolemaeus meros commentarios componens rebus gestis quam verissime referendis unice studuisse, lectorum oblectationi nihil umquam concessisse videtur. Contra in Aristobulo effertur laudibus stili elegantia suavitas descriptionum narrationumque cuius luculentum extat testimonium apud Plutarchum non posse suav. vivi cap. 10 (2 pg. 1337 Duebn.) cf. Aristobuli fragm. 1[a]. Τίς δ' ἂν ἡσθείη συναναπαυσάμενος τῇ καλλίστῃ γυναικὶ μᾶλλον ἢ προσαγρυπνήσας οἷς

γέγραφε περὶ Πανθείαϲ Ξενοφῶν, ἢ περὶ Τιμοκλείαϲ Ἀριϲτόβουλοϲ, ἢ Θήβηϲ Θεόπομποϲ; coll. Plut. de mulier. virt. 1 pg. 320 Duebn; Plut. Alex. 12; Polyaen. 8, 39. Ibi comparatur cum Xenophonte, et si in tanta accuratorum testimoniorum penuria fas est coniecturae indulgere, Aristobulum omnino Xenophonti imitando vel aemulando operam dedisse contenderim. Quae si sumimus, explicantur superstitionis illa luculenta documenta, religiosae vatum vaticiniorumque commemorationes, explicatur peculiare operis Aristobulei consilium et natura velut quod ab eo tempore initium cepisse videatur quo Alexander in Asiam transierit. Sane non minus quam Xenophontis celeberrimus de Cyro liber apte Ἀναβάϲεωϲ insigniri potuit titulo, quem re vera Aristobulum operi suo inscripsisse nequaquam contendam.

§ 6.

Reliqui auctores quos Arrianus nominatim affert.

Arrianus in praefatione 3 haec habet: ἔϲτι δὲ ἃ καὶ πρὸϲ ἄλλων ξυγγεγραμμένα, ὅτι καὶ αὐτὰ ἀξιαφήγητά τέ μοι ἔδοξε καὶ οὐ πάντη ἄπιϲτα, ὡϲ λεγόμενα μόνον ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου ἀνέγραψα. Sunt quos nominatim citat hi Eratosthenes Nearchus Megasthenes Aristus Asclepiades Alexander ipse videlicet epistulae eius et diaria regia.

A r i s t u s cum A s c l e p i a d e coniunctus semel tantum citatur

55 Arr. 7, 15, 5 Ἄριϲτοϲ δὲ καὶ Ἀϲκληπιάδηϲ τῶν τὰ Ἀλεξάνδρου ἀναγραψάντων καὶ Ῥωμαίουϲ λέγουϲιν ὅτι ἐπρέϲβευϲαν. Quibuscum conferendum est Strabonis testimonium 15, 730 qui postquam Aristobulum et Onesicritum excitavit pergit ita Ἄριϲτοϲ δ' ὁ Ϲαλαμίνιοϲ πολὺ μέν ἐϲτι νεώτεροϲ τούτων. Asclepiadem vero eum fuisse suspicor, quem (cf. West. s. v. Asclepiades in Pauly R. A. 1^2 pg. 1843) Myrlea Bithynica oriundum, Arriani igitur popularem fuisse, inter alia etiam Βιθυνιακά scripsisse constat (cf. infra paragr. 10 pg. 58.)

Eratosthenes ter tantum nominatim citatur, quae fragmenta ex Geographicis manasse consentaneum est. A Plutarcho autem Alex. 3, 2 idem testis adhibetur historiolae quam ab Eratosthene narratam esse vix crediderim. Verba Plutarchi haec sunt:

56 Plut. Alex. 3, 2. cf. Bernhardy Eratosthenica p. 245. C Mueller fr. chron. pg. 202 No. 16. ἡ δὲ Ὀλυμπιάϲ, ὡϲ Ἐρατοϲθένηϲ φηϲί, προπέμπουϲα τὸν Ἀλέξανδρον ἐπὶ τὴν ϲτρατείαν καὶ φράϲαϲα μόνῳ τὸ περὶ τὴν τέκνωϲιν ἀπόρρητον, ἐκέλευεν ἄξια φρονεῖν τῆϲ γενέϲεωϲ, Ἕτεροι δέ φαϲιν αὐτὴν ἀφοϲιοῦϲθαι καὶ λέγειν· οὐ παύϲεταί με διαβάλλων Ἀλέξανδροϲ πρὸϲ τὴν Ἥραν; ἐγεννήθη δ' οὖν Ἀλέξανδροϲ ἱϲταμένου μηνὸϲ Ἑκατομβαιῶνοϲ, ὃν Μακεδόνεϲ Λῷον καλοῦϲιν, ἕκτῃ, καθ' ἣν ἡμέραν ὁ τῆϲ Ἐφεϲίαϲ Ἀρτέμιδοϲ ἐνεπρήϲθη νεώϲ.

Consulto ea etiam adscripsi quae proxime ab Eratosthenico fragmento absunt. Namque paucissimas Eratosthenis reliquias quae Alexandrum Magnum spectant si diligenter examinaveris omnia videbis in Geographicis Eratosthenis aptum locum habuisse. Multo minus apte eiusmodi narratiunculam docto et sobrii iudicii viro tribuerimus. Quare siquid video aut Plutarchi aut eius quo utitur auctoris errore factum esse statuendum est, ut Eratosthenis testimonium quod spectaret potius ad diem natalem Alexandri Magni, videlicet ad verba quae sunt ἐγεννήθη δ' οὖν Ἀλέξανδροϲ cett., sede mutata inter antecedentia verba inreperet. Errorem ex confusione Olympiadis matris Alexandri cum olympiade qua natus sit Alexander notanda manasse suspicor. Etenim constat, Eratosthenem temporum notationibus etiam olympiadum numeros adiecisse velut Plut. Lyc. 1; Dion. Halic. arch. 1, 74 pg. 187.

Casu etiam alter locus quo Eratosthenes a Plutarcho in vita Alexandri citatur ita comparatus est, ut simili medicina opus sit. Ibi Plutarchus sanequam ridiculam refert historiam, singulari certamine iussu Alexandri certatum esse inter

duos Macedones, quorum alter Darii alter ipsius Alexandri personamageret. Dein pergit ita:

57 Plut. Al. 31, 1 extr. ἰϲχυρᾶϲ δὲ τῆϲ μάχηϲ γενομένηϲ ἐνίκηϲεν ὁ καλούμενοϲ Ἀλέξανδροϲ καὶ δωρεὰν ἔλαβε δώδεκα κώμαϲ καί ϲτολῇ Περϲικῇ χρῆϲθαι. Ταῦτα μὲν οὖν Ἐρατοϲθένηϲ ἱϲτόρηκε. Τὴν δὲ μεγάλην μάχην πρὸϲ Δαρεῖον οὐκ ἐν Ἀρβήλοιϲ, ὥϲπερ οἱ πολλοὶ γράφουϲιν, ἀλλ' ἐν Γαυγαμήλοιϲ γενέϲθαι ϲυνέπεϲε. Σημαίνειν δέ φαϲιν οἶκον καμήλου τὴν διάλεκτον, ἐπεὶ τῶν πάλαι τιϲ βαϲιλέων ἐκφυγὼν πολεμίουϲ ἐπὶ καμήλου δρομάδοϲ ἐνταῦθα καθίδρυϲεν αὐτὴν ἀποτάξαϲ τινὰϲ κώμαϲ καὶ προϲόδουϲ εἰϲ τὴν ἐπιμέλειαν. ἡ μὲν οὖν ϲελήνη τοῦ Βοηδρομιῶνοϲ ἐξέλιπε περὶ τὴν τῶν μυϲτηρίων τῶν Ἀθήνηϲιν ἀρχήν. ἑνδεκάτῃ δὲ ἀπὸ τῆϲ ἐκλείψεωϲ νυκτὶ τῶν ϲτρατοπέδων ἐν ὄψει γεγονότων, Δαρεῖοϲ μὲν cett.

Ubi quam absonum est Eratosthenis ad istius farinae historiolam appositum testimonium, tam bene conveniret eis quae de Arbelis et Gaugamelis et de lunae defectione facta dicuntur, quae scitam pugnae temporis definitionem continent et omnino accuratam eruditionem resipiunt. Neque video quod obstet, quominus ταῦτα μὲν οὖν Ἐρατοϲθένηϲ ἱϲτόρηκε verba sive librariorum sive ipsius Plutarchi aut auctoris quo utitur levitate locum mutasse, iustumque demum locum post εἰϲ τὴν ἐπιμέλειαν vocabula obtinere censeamus.

Nearcho auctore utitur Arrianus 6, 13, 4; 7, 3, 6; 7, 20, 9 extremo tantum loco in re maioris momenti, ceteris in rebus levissimis. Aeque

Megasthenes ter tantum citatur 5, 5, 1; 5, 6, 2; 7, 2, 4 de quo non est quod amplius dicam.

In enumerandis ab Arriano nominatim evocatis auctoribus Sintenis praef. ad Arr. Ed. mai. pg. 16 sqq. omisit

Onesicritum. De quo Arrianus habet haec:

58 Arr. 6, 2, 3 Onesicr. fr. 23 — κυβερνήτηϲ Ὀνηϲίκριτοϲ, ὃϲ ἐν τῇ ξυγγραφῇ ἥντινα ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου ξυνέ-

γραψε καὶ τοῦτο ἐψεύσατο, ναύαρχον ἑαυτὸν εἶναι γράψας κυβερνήτην ὄντα.

Ex quo loco valde dubito num probari possit, Arrianum ipso Onesicriti libro usum esse. Refragari videtur ἐψεύσατο verbi aoristum tempus quo nisi fallor usus non esset Arrianus si ipsum illius opus inspicere ei licuisset. Id etiam alia ratione confirmari puto:

59 Arr. 5, 19, 4 coll. Onesicriti fr. 9 — πόλεις ἔκτισεν Ἀλέξανδρος — τὴν δὲ Βουκέφαλα ἐς τοῦ ἵππου τοῦ Βουκεφάλα τὴν μνήμην, ὃς ἀπέθανεν αὐτοῦ, οὐ βληθεὶς πρὸς οὐδενός, ἀλλ' ὑπὸ καμάτου τε καὶ ἡλικίας. ἦν γὰρ ἀμφὶ τὰ τριάκοντα ἔτη, καματηρὸς γενόμενος, πολλὰ δὲ πρόσθεν ξυγκαμών τε καὶ ξυγκινδυνεύσας Ἀλεξάνδρῳ. Quibuscum conferenda sunt ea quae paulo ante scripserat Arr. 5, 14, 4 οἱ δὲ μάχην λέγουσιν ἐν τῇ ἐκβάσει γενέσθαι τῶν Ἰνδῶν τῶν ξὺν τῷ παιδὶ τῷ Πώρου ἀφιγμένων πρὸς Ἀλέξανδρόν τε καὶ τοὺς ξὺν αὐτῷ ἱππέας. Καὶ γὰρ καὶ ἀφικέσθαι ξὺν μείζονι δυνάμει τὸν Πώρου παῖδα, καὶ αὐτόν τε Ἀλέξανδρον τρωθῆναι πρὸς αὐτοῦ καὶ τὸν ἵππον αὐτοῦ ἀποθανεῖν τὸν Βουκεφάλαν, φίλτατον Ἀλεξάνδρῳ ὄντα τὸν ἵππον καὶ τοῦτον τρωθέντα ὑπὸ τοῦ παιδὸς τοῦ Πώρου et Plut. Alex. 61, 1 Ἐκ δὲ τῆς πρὸς Πῶρον μάχης καὶ ὁ Βουκεφάλας ἐτελεύτησεν, οὐκ εὐθύς, ἀλλ' ὕστερον, ὡς οἱ πλεῖστοι λέγουσιν, ὑπὸ τραυμάτων θεραπευόμενος, ὡς δὲ Ὀνησίκριτος, διὰ γῆρας ὑπέρπονος γενόμενος.

Ubi sane mirum, Arrianum non nominato auctore eandem memoriam de Bucephali morte referre quam Plutarchus Onescrito tribuit eique hac de re ceteris fere omnibus rerum scriptoribus oblocuto. Unde qui Arriani morem et consuetudinem accurate pensitaverit, vix aliter statuet, quam hausisse Arrianum hanc narrationem non ex ipso Onesicrito, sed ex alio scriptore, qui fide dignus ei visus est. Quis autem is fuerit, coniectura sane assequi possumus. Verba illa de Bucephali morte coniuncta sunt cum enumeratione urbium ab Alexandro in India

conditarum. Atque hac quidem in re vix erit dubitandum quin Aristobulus Arriani auctor fuerit. Quidni is ad Onesicriti commenta respexerit? Sane patrocinatur huic sententiae id, quod Aristobulum saepius animadvertimus contra alios mirabilissima quaeque referentes sobriam et probabiliorem sententiam tueri, vates vaticiniaque si eximimus. Conferas libelli huius numeros 10. 33. 34. 46. 49 et ea quae ad hos locos adnotavimus. At num vere fieri potuit ut Aristobulus uteretur in libro componendo Onesicriti scriptis? Aristobulum siquidem supra pg. 25 recte suspicatus sum post annum 287 demum opus suum composuisse, quaeritur, utrum his temporibus Onesicriti historiae iam absolutae fuisse possint. In hac quaestione solvenda consulto mitto Luciani testimonium quomodo histor. conscr. cap. 40, quamquam sententiae meae favet, quia Luciano his in rebus haud magnam fidem tribuerim, quippe qui in eiusdem libri cap. 12 similem narrationem Aristobuli fidem graviter infringentem pro certa venditaverit. Sed Plutarchus in Alex. 46 extr. postquam in refutandis de Amazonibus variorum scriptorum ariolationibus accuratum omnium quotcunque de Alexandri rebus gestis egerunt historicorum recensum dedit, quem ex optimae notae fonte manasse apparet, subicit haec:

60 Plut. Al. 46 extr. Onesicr. fr. 5 Λέγεται δὲ πολλοῖϲ χρόνοιϲ Ὀνηϲίκριτοϲ ὕϲτερον ἤδη βαϲιλεύοντι Λυϲιμάχῳ τῶν βιβλίων τὸ τέταρτον ἀναγινώϲκειν, ἐν ᾧ γέγραπται περὶ τῆϲ Ἀμαζόνοϲ. τὸν οὖν Λυϲίμαχον ἀτρέμα μειδιάϲαντα, καὶ ποῦ, φάναι, τότε ἤμην ἐγώ;

Lysimachum una cum Ptolemaeo Seleuco Antigono regis et dignitatem et nomen anno 306 assumpsisse constat. Quodsi Plutarchus l. c. ἤδη βαϲιλεύοντι Λυϲιμάχῳ dicit, necessario inde consequitur, ea quae narrat haud ita multum post annum 306 accidisse, ideoque nihil obesse quominus Aristobulum multo recentiori tempore scribentem Onesicriti historiis usum esse statuamus.

Inter auctores Arriani quorum quidem nomina non tacuit etiam

Alexandrum ipsum reperimus. Nam 1, 10, 4; 2, 25,3; 6, 1, 4; 7, 23, 7 Alexandri epistularum mentionem facit, unam 2, 14, 4 verbotinus descripsit. Sane ambigi potest num consulto harum epistularum usum tam artis finibus circumscripserit Arrianus. Hoc quidem dubitari nequit quin, si utendi ei fuisset voluntas, facultas non defuisset, cum iam Plutarcho totum quasi corpus epistularum Alexandri suppeteret quas maximam partem subditicias fuisse nemo negabit. Sed delectum ab ipso Arriano habitum esse nolim contendere. Nam cautus et praeter ceteros acris iudicii scriptor Arrianus, si suo ipsius ex iudicio singulas epistulas selegisset quae fide dignae ei viderentur, ceteras vero ut manifesto spurias vel saltem dubiae fidei consulto neglexisset, hoc paucis verbis lectoribus significaturus fuisse censendus est. Atqui hoc nusquam fecit. Quapropter universam quae apud Arrianum extat Alexandri epistularum memoriam manasse existimo ex eo quem praeter ceteros exscripsit auctore. Cui sententiae non mediocris accedit commendatio ex Arriani lib. 6, 1, 4, ubi exponitur Alexandri de Indo Niloque sententia quae fuerit priusquam accuratiorem Indi fluminis cognitionem sibi parasset. Dein Arrianus ad *orationem indirectam* subito conversus subicit haec:

61 Arr. 6, 1, 4 Καὶ δὴ καὶ πρὸς Ὀλυμπιάδα γράψαντα ὑπὲρ τῶν Ἰνδῶν γῆς ἄλλα τε γράψαι καὶ ὅτι δοκείη αὐτῷ ἐξευρηκέναι τοῦ Νείλου τὰς πηγάς . . . ἐπεὶ μέντοι ἀτρεκέστερον ἐξήλεγξε τὰ ἀμφὶ τῷ ποταμῷ τῷ Ἰνδῷ — οὕτω δὴ μαθεῖν — τηνικαῦτα δὲ τῆς ἐπιστολῆς τῆς πρὸς τὴν μητέρα τοῦτο τὸ ἀμφὶ τῷ Νείλῳ γραφὲν ἀφελεῖν. — καὶ τὸν κατάπλουν — ἐπινοοῦντα παρασκευασθῆναί οἱ ἐπὶ τῷδε κελεῦσαι τὰς ναῦς.

Extrema quae quamquam ab epistula illa ad rerum gestarum narrationem deflectunt, nihilo setius *orationem indirectam* retinent, propterea adscripsi, ne quis opinetur, hunc loquendi modum inde ortum esse, quod Arrianus epistulam ipsam excerpserit et sic orationem directam consulto declinaverit. Immo ex his probatur, universam hanc narrationis partem

quae et epistulae et itineris continuati memoriam continet, ex eodem auctore ab Arriano petitam esse.

Iam vero cum ex luculento Arriani 5, 20, 8 testimonio compertum habeamus, Ptolemaeum omnium Indicorum fluminum unius Acesinis magnitudinem indicasse, vix est credibile, Ptolemaeum narrasse ea quae modo memoravimus, ideoque non absonum erit, ab Aristobulo ea repetere.

Praeter unam epistulam Alexandri quam integram descripsit, alius partem ad verbum expressit Arrianus:

62 Arr. 7, 23, 6. Καὶ Κλεομένει, ἀνδρὶ κακῷ καὶ πολλὰ ἀδικήματα ἀδικήσαντι ἐν Αἰγύπτῳ ἐπιστέλλει ἐπιστολήν. — ἔλεγε γὰρ ἡ ἐπιστολὴ κατασκευασθῆναι cett. — ἐκεῖνα δὲ καὶ πάνυ μέμφομαι. ἢν γὰρ καταλάβω ἐγὼ, ἔλεγε τὰ γράμματα, τὰ ἱερὰ τὰ ἐν Αἰγύπτῳ καλῶς κατεσκευασμένα καὶ τὰ ἡρῷα τὰ Ἡφαιστίωνος, εἴ τε τι πρότερον ἡμάρτηκας, ἀφήσω σε τούτων, καὶ τὸ λοιπόν, ὁπηλίκον ἁμάρτῃς, οὐδὲν πείσῃ ἐξ ἐμοῦ ἄχαρι.

Haec si cum Arriani loquendi usu confero, id arguere mihi videntur, Arrianum hanc quoque de litteris ad Cleomenem datis narrationem ex alio scriptore deprompsisse. Alioquin eadem fere ratione locutus esset quam adhibuit 2, 14, 4 ἡ δὲ ἐπιστολὴ Ἀλεξάνδρου ὧδε ἔχει. Similiter epistularum mentionem quae fit 1, 10, 4 et 2, 25, 3 non ex ipsis epistulis haustam esse sed ei auctori deberi puto, ex quo his in locis potissimum pendet Arrianus. Qui quis fuerit numque aeque atque in epistula 6, 1, 4 commemorata de Aristobulo cogitare liceat difficillimum est iudicatu. Hanc ob rem acquiescendum esse duco in eo quod ex his locis inter se comparatis probabili coniectura assecuti sumus, praeter Onesicritum alterum Arriani auctorem extare, cuius notitiam Arrianus non ipse sibi comparaverit sed ab alio, et semel quidem manifesto ab Aristobulo mutuatus sit. Certe quidem in alio uno loco 7, 23, 6. No. 61 haud alienum est de Ptolemaeo tanquam auctore cogitare, a quo constet Cleomenem illum, de quo satis acerbe iudicat Arrianus, postea anno 322 intereptum esse. Sed

cavendum est ne fallamur. Etenim Aristobulus licet nonnumquam a Ptolemaeo dissenserit, tamen tantum abest ut iniqua mente de eo iudicet, ut saepius res commemoraverit quae valent ad Ptolemaei memoriam honorandam et augendam. Fieri igitur potest, ut non ad Ptolemaeum sed ad Aristobulum sit referendum, quod illo loco Cleomenis mentio fit. Accedit quod, ut iam supra ostendi, per totum septimum Arriani librum nullum testimonium affertur Ptolemaei, Aristobulus creberrime citatur, ter tantum Ptolemaeus et Aristobulus coniuncti citantur sed ita ut de eorum silentio referatur (7, 13, 3 οὔτε Ἀρ. οὔτε Πτολ., 7, 15, 6 οὐδὲ τῶν γραψάντων Πτολ. καὶ Ἀρ., 7, 26, 3 οὔτε Ἀρ. οὔτε Πτολ.) cf. paragr. 3 extr. pg. 12.

§ 7.

Unum tantum superst testimonium ab Arriano citatum de quo nunc copiosius agendum est. Nempe Arrianus 7, 25 de Alexandri morbo letifero et morte exponens habet haec: καὶ βασίλειοι ἐφημερίδες ὧδε ἔχουσι. Ac Sintenis quidem (Arr. Anab. Ed. mai. praef. pg. 19) id sibi persuasit, ipsi Arriano illorum diariorum usum patuisse, ipsumque inspexisse ephemerides regias indidemque consulto ea tantum descripsisse quae sibi idonea viderentur. Qua de re iam ideo cautius iudicabimus, quod Arrianum complures quos affert auctores velut epistulas Alexandri et Onesicritum non ipsos usurpasse vidimus, sed ex alius scriptoris auctoritate acceptos citasse.

Et in hac quidem quaestione de diariis regiis dirimenda utilissimus est Plutarchus. Is enim Alex. 76, 1 cum haec habeat: ἐν δὲ ταῖς ἐφημερίσιν οὕτως γέγραπται τὰ περὶ τὴν νόσον et infra cap. 77 τούτων τὰ πλεῖστα κατὰ λέξιν ἐν ταῖς ἐφημερίσιν οὕτω γέγραπται, ipse luculentum diariorum fragmentum servavit. Quod cum aeque de Alexandri morbo et morte sit, descripsi ambo fragmenta ita, ut quatenus inter se et discrepent et concordent perspicuum fiat.

63 Arrian. Anab. 7, 25.	Plut. Alex. 76, 1.
Καὶ αἱ βαςίλειοι ἐφημερίδες ὧδε ἔχουςι.	Ἐν δὲ ταῖς ἐφημερίςιν οὕτω γέγραπται τὰ περὶ τὴν νόςον.
a. 1. πίνειν παρὰ Μηδίῳ αὐτὸν κωμάςαντα. ἔπειτα ἐξαναςτάντα καὶ λουςάμενον καθεύδειν τε	p. 1. Ὀγδόῃ ἐπὶ δεκάτῃ Δαιςίου μηνὸς ἐκάθευδεν ἐν τῷ λουτρῶνι διὰ τὸ πυρέξαι.
a. 2. καὶ αὖθις δειπνεῖν παρὰ Μηδίῳ καὶ αὖθις πίνειν πόρρω τῶν νυκτῶν· ἀπαλλαχθέντα δὲ τοῦ πότου λούςαςθαι. καὶ λουςάμενον ὀλίγον τι ἐμφαγεῖν καὶ καθεύδειν αὐτοῦ, ὅτι ἤδη ἐπύρεςςεν.	p. 2. Τῇ δ' ἑξῆς λουςάμενος εἰς τὸν θάλαμον μετῆλθε καὶ διημέρευε πρὸς Μήδιον κυβεύων. εἶτ' ὀψὲ λουςάμενος καὶ τὰ ἱερὰ τοῖς θεοῖς ἐπιθεὶς ἐμφαγὼν διὰ νυκτὸς ἐπύρεξεν·
a. 3. ἐκκομιςθέντα δὲ ἐπὶ κλίνης πρὸς τὰ ἱερὰ θῦςαι ὡς νόμος ἐφ' ἑκάςτῃ ἡμέρᾳ, καὶ τὰ ἱερὰ ἐπιθέντα κατακεῖςθαι ἐν τῷ ἀνδρῶνι ἔςτε ἐπὶ κνέφας· ἐν τούτῳ δὲ τοῖς ἡγεμόςι παραγγέλλειν ὑπὲρ τῆς πορείας καὶ τοῦ πλοῦ, τοὺς μὲν ὡς πεζῇ ἰόντας παραςκευάζεςθαι ἐς τετάρτην ἡμέραν, τοὺς δὲ ἅμα οἷ πλέοντας ὡς εἰς πέμπτην πλευςομένους. ἐκεῖθεν δὲ κατακομιςθῆναι ἐπὶ τῆς κλίνης ὡς ἐπὶ τὸν ποταμόν, καὶ ἐπβιάντα πλοίου διαπλεῦςαι πέραν τοῦ ποταμοῦ ἐς τὸν παράδειςον, κἀκεῖ αὖθις λουςάμενον ἀναπαύεςθαι.	
a. 4. ἐς δὲ τὴν ὑςτεραίαν λούςαςθαί τε αὖθις καὶ θῦςαι τὰ νομιζόμενα. καὶ εἰς τὴν καμάραν εἰςελθόντα κατακεῖςθαι διαμυθολογοῦντα πρὸς Μήδιον.	

παραγγεῖλαι δὲ καὶ τοῖς ἡγεμόσιν ἀπαντῆσαι ἕωθεν. ταῦτα πράξαντα δειπνῆσαι ὀλίγον. κομισθέντα δὲ αὖθις ἐς τὴν καμάραν πυρέσσειν ἤδη ξυνεχῶς τὴν νύκτα ὅλην.

a. 5. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ λούσασθαι καὶ λουσάμενον θῦσαι. Νεάρχῳ δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἡγεμόσι παραγγεῖλαι τὰ ἀμφὶ τὸν πλοῦν ὅπως ἔσται ἐς τρίτην ἡμέραν.

p. 3. Τῇ εἰκάδι λουσάμενος πάλιν ἔθυσε τὴν εἰθισμένην θυσίαν καὶ κατακείμενος ἐν τῷ λουτρῶνι τοῖς περὶ Νέαρχον ἐσχόλαζεν ἀκροώμενος τὰ περὶ τὸν πλοῦν καὶ τὴν μεγάλην θάλατταν.

a. 6. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ λούσασθαι αὖθις καὶ θῦσαι τὰ τεταγμένα, καὶ τὰ ἱερὰ ἐπιθέντα οὐκέτι ἐλιννύειν πυρέσσοντα. ἀλλὰ καὶ ὣς τοὺς ἡγεμόνας εἰσκαλέσαντα παραγγέλλειν τὰ πρὸς τὸν ἔκπλουν ὅπως αὐτῷ ἔσται ἕτοιμα. λούσασθαί τε ἐπὶ τῇ ἑσπέρᾳ καὶ λουσάμενον ἤδη ἔχειν κακῶς.

p. 4. Τῇ δεκάτῃ φθίνοντος ταὐτὰ ποιήσας μᾶλλον ἀνεφλέχθη καὶ τὴν νύκτα βαρέως ἔσχε,

a. 7. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ μετακομισθῆναι ἐς τὴν οἰκίαν τὴν πρὸς τῇ κολυμβήθρᾳ καὶ θῦσαι μὲν τὰ τεταγμένα, ἔχοντα δὲ πονήρως ὅμως εἰσκαλέσαι τῶν ἡγεμόνων τοὺς ἐπικαιροτάτους καὶ ὑπὲρ τοῦ πλοῦ αὖθις παραγγέλλειν.

p. 5. καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν ἐπύρεττε σφόδρα. Καὶ μεταρθεὶς κατέκειτο παρὰ τὴν μεγάλην κολυμβήθραν, ὅτε δὴ τοῖς ἡγεμόσι διελέχθη περὶ τῶν ἐρήμων ἡγεμονίας τάξεων, ὅπως καταστήσωσι δοκιμάσαντες.

a. 8. τῇ δὲ ἐπιούσῃ μόγις ἐκκομισθῆναι πρὸς τὰ ἱερὰ καὶ θῦσαι, καὶ μηδὲν μεῖον ἔτι παραγγέλλειν ὑπὲρ τοῦ πλοῦ τοῖς ἡγεμόσιν.

Unius diei notatio videtur omissa esse, scil. τῇ ὀγδόῃ φθίνοντος. ubi cf. Ideler Hdb. d. Chronol. 1 pg. 281. K. F. Hermann Gottesd. Altth. 45, 12.

a. 9. ἐς δὲ τὴν ὑστεραίαν κακῶς ἤδη ἔχοντα ὅμως θῦσαι τὰ τεταγμένα. Παραγγεῖλαι δὲ τοὺς μὲν στρατηγοὺς διατρίβειν κατὰ τὴν αὐλήν, χιλιάρχας δὲ καὶ πεντακοσιάρχας πρὸ τῶν θυρῶν. Plutarchum si audimus, sequentia, quae Arrianus eidem ipsi tribuit diei, postridie demum acta sunt. ἤδη δὲ παντάπασι πονήρως ἔχοντα διακομισθῆναι ἐκ τοῦ παραδείσου εἰς τὰ βασίλεια. εἰσελθόντων δὲ τῶν ἡγεμόνων γνῶναι μὲν αὐτούς, φωνῆσαι δὲ μηδὲν ἔτι, ἀλλ' εἶναι ἄναυδον. καὶ τὴν νύκτα πυρέσσειν κακῶς

a. 10. καὶ τὴν ἡμέραν, καὶ τὴν ἄλλην νύκτα

a. 11. καὶ τὴν ἡμέραν, et quae sequuntur cap. XXVI nulla amplius dierum seriei ratione habita, sed tamen prorsus congruentia narrant cum Plutarchi narratione p. 8 iuxta adscripta. Etenim addit Arrianus haec item ex diariis deprompta esse: οὕτως ἐν ταῖς ἐφημερίσι ταῖς βασιλείοις ἀναγέγραπται, καὶ ἐπὶ τούτοις ὅτι cett. usque ad § 3 — ἤδη ὂν τὸ ἄμεινον.

p. 6. ἑβδόμῃ σφόδρα πυρέττων ἔθυσεν ἐξαρθεὶς πρὸς τὰ ἱερά· τῶν δ' ἡγεμόνων ἐκέλευσε τοὺς μεγίστους διατρίβειν ἐν τῇ αὐλῇ, ταξιάρχους δὲ καὶ πεντακοσιάρχους ἔξω νυκτερεύειν.

p. 7. εἰς δὲ τὰ πέραν βασίλεια διακομισθεὶς τῇ ἕκτῃ μικρὸν ὕπνωσεν, ὁ δὲ πυρετὸς οὐκ ἀνῆκεν. ἐπελθόντων δὲ τῶν ἡγεμόνων ἦν ἄφωνος,

p. 8. ὁμοίως δὲ καὶ τὴν πέμπτην. διὸ καὶ τοῖς Μακεδόσιν ἔδοξε τεθνάναι καὶ κατεβόων ἐλθόντες ἐπὶ τὰς θύρας, καὶ διηπειλοῦντο τοῖς ἑταίροις, ἕως ἐβιάσαντο. καὶ τῶν θυρῶν αὐτοῖς ἀνοιχθεισῶν ἐν τοῖς χιτῶσι καθ' ἕνα πάντες παρὰ τὴν κλίνην παρεξῆλθον. Ταύτης δὲ τῆς ἡμέρας οἱ περὶ Πύθωνα καὶ Σέλευκον εἰς τὸ Σαραπεῖον ἀποσταλέντες ἠρώτων, εἰ κομίσωσιν ἐκεῖ τὸν Ἀλέξανδρον. ὁ δὲ θεὸς κατὰ χώραν ἐᾶν ἀνεῖλε.

Plutarchum hic unius diei notam (τῇ τετάρτῃ φθίνοντος) aut casu aut consulto omisisse

ex antecedentibus et sequentibus manifestum fit.

p. 9. τῇ δὲ τρίτῃ φθίνοντος πρὸς δείλην ἀπέθανεν.

cap. 77. τούτων τὰ πλεῖστα κατὰ λέξιν ἐν ταῖς ἐφημερίσιν οὕτω γέγραπται.

Tractaverunt hoc fragmentum CMueller Eumenis et Diodoti fr. 2. 3 pg. 122 sqq. et Ideler Handb. d. Chronol. 1 pg. 406 sqq. In quo sunt quae etiam ab aliis scriptoribus afferuntur veluti a Nicobule apud Athen. 10, 434 (Nicob. fr. 1 pg. 157 CMueller) Νικοβούλη δὲ, ἣ ὁ ἀναθεὶς ταύτῃ τὰ συγγράμματα, φησὶν ὅτι παρὰ Μηδίῳ τῷ Θεσσαλῷ δείπνειν ὁ Ἀλέξανδρος, εἴκοσιν οὖσιν ἐν τῷ συμποσίῳ, πᾶσι προὔπιε, παρὰ πάντων τὰ ἴσα λαμβάνων, καὶ ἀναστὰς τοῦ συμποσίου μετ' οὐ πολὺ ἀνεπαύετο, ubi quae verba distinguenda curavi, ea manifesto respondent hisce Arriani: παρὰ Μηδίῳ κωμάσαντα. ἔπειτα ἐξαναστάντα — καθεύδειν.

Ac primo quidem obtutu satis magnum discrimen inter Arriani et Plutarchi relationes apparet, neque eaedem sunt singulorum dierum apud utrumque notae. Arrianus enim dies in universum tantum per τῇ ὑστεραίᾳ, τῇ ἐπιούσῃ voces significat. Contra Plutarchus et mensis Daesii nomen accurate indicat et singulorum dierum seriem solito Graecorum more discribit, nisi quod duorum dierum notae (ὀγδόη et τετάρτη φθίνοντος) casu excidisse videntur. Unde haud mediocris Plutarcheae relationi accedit commendatio et confirmatur id quod ipse Plutarchus testatus est, harum rerum memoriam fere ad verbum in diariis regiis sic conscriptam fuisse.

Verum discrimina illa accuratius examinantem non fugiet, non esse ea magni momenti prae summa scriptorum concordia in rerum quas referunt delectu et dispositione; quin etiam singula quaedam vocabula utrique relationi communia sunt in quae utrumque scriptorem casu incidisse statui prorsus nequit. Quae ut facilius reperiantur typis distinguenda curavi.

Ephemeridum fragmentum ab Arriano depromptum esse e Plutarcho quominus statuamus impedit non id quod in indicandorum dierum ratione ab eo differt, nam haec ob qualemcunque caussam ex libidine mutare potuit Arrianus, sed quod Arrianus de nonnullis rebus velut a 3 et 4 uberiorem exhibet memoriam quam Plutarchus. Sed quidni statuimus Arrianum ipsa diaria adhibuisse? Huic sententiae gravissimum illud obstat quod et Arriani et Plutarchi ephemeridum fragmentum ab eodem die initium capit. Neque enim verum est quod cum alii tum Sintenis l. c. pg. 19 statuit, ephemerides illas ad solos extremos Alexandri dies pertinuisse. Quod ex reliquis earum fragmentis apparet, velut:

64 Plut. Sympos. quaest. 1, 6, 1, 2 pg. 755 Duebn. C Mueller Eumenis fr. 1 pg. 120. Ἀπεδείκνυε δ' αὐτοὺς φλυαροῦντας Φίλινος ἐκ τῶν βασιλικῶν ἐφημερίδων, ἐν αἷς συνεχέστατα γέγραπται καὶ πλειστάκις, ὅτι τήνδε τὴν ἡμέραν ἐκ τοῦ πότου καθεύδων, ἔστι δ' ὅτε, καὶ τὴν ἐφεξῆς. cf. Plut. Al. 23, 4, quamvis diariis regiis non aperte hic, verum supra § 2 in testimonium vocatis: Μετὰ δὲ τὸν πότον λουσάμενος ἐκάθευδε πολλάκις μέχρι μέσης ἡμέρας· ἔστι δ' ὅτε καί διημέρευεν ἐν τῷ καθεύδειν.

65 Plut. Alex. 23, 2 extr. Πολλάκις δὲ παίζων καὶ ἀλώπεκας ἐθήρευε καὶ ὄρνιθας, ὡς ἔστι λαβεῖν ἐκ τῶν ἐφημερίδων.

Sed multo luculentius fragmentum illarum ephemeridum extat apud Aelianum Var. hist. 3, 23 C Mueller fr. Eumenis 1 pg. 121: Δίου μηνός φασι πέμπτῃ ἔπινε παρὰ Μηδίῳ, εἶτα ἕκτῃ ἐκάθευδεν ἐκ τοῦ πότου, καὶ τοσοῦτον ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἔζησεν, ὅσον ἀναστὰς χρηματίσαι τοῖς ἡγεμόσιν ὑπὲρ τῆς αὔριον πορείας, λέγων ὅτι ἔσται πρωί· καὶ ἑβδόμῃ εἱστιᾶτο παρὰ Περδίκκᾳ, καὶ ἔπινε πάλιν, καὶ ὀγδόῃ ἐκάθευδε. πέμπτῃ δὲ ἐπὶ δέκα τοῦ αὐτοῦ μηνὸς καὶ ταύτῃ ἔπινε, καὶ τῇ ἑπομένῃ τὰ εἰθισμένα ἔδρα τὰ ἐκ τοῦ πότου· παρὰ Βαγώᾳ δὲ ἐδείπνησε τετράδι μετὰ εἰκάδα. ἀπεῖχε δὲ τῶν βασιλείων ὁ Βαγώα οἶκος δέκα σταδίους· εἶτα τῇ τρίτῃ [scil. φθίνοντος] ἐκάθευδε. Quos

si examines fastos symposiacos omnia perbene disposita videbis. Desunt in diebus ex Graecorum more enumerandis ἐνάτη, δεκάτη, ἑνδεκάτη, δωδεκάτη, τρίτη τετάρτη ἐπὶ δέκα, ἑβδόμη ὀγδόη ἐνάτη ἐπὶ δέκα, εἰκὰς, πρώτη, δευτέρα τρίτη μετὰ εἰκάδα, πέμπτη, ἕκτη, ἑβδόμη μετὰ εἰκάδα.

Haec omnia tantum abest ut ad extremum Alexandri morbum spectent ut regem optima valetudine fruentem sed parum caute utentem exhibeant. Unde perspicuum fit diaria illa regia non ad solum extremum Alexandri vitae spatium pertinuisse. Igitur quod Arrianus et Plutarchus in ephemeridibus excerpendis ab eodem die exorsi sunt, id ab earum natura et ambitu repeti nequit, sed communi cuidam secundario fonti quo usi sunt tribuendum est.

At hic fons qui fuerit coniectura assequi vix cuiquam continget. Certe neque Ptolemaeus neque Aristobulus fuit, cum Arrianus excerptis suis ex diariis addat haec 7, 26, 3 οὐ πόρρω δὲ τούτων οὔτε Ἀριστοβούλῳ οὔτε Πτολεμαίῳ ἀναγέγραπται. Immo aperte pugnat Aristobulus contra diariorum memoriam. Quae cum referant Alexandrum obiisse τῇ τρίτῃ φθίνοντος [scil. Δαισίου μηνός], secus Aristobulus apud Plutarchum:

66 Plut. Alex. 75 extr. Ἀριστόβουλος δέ φησιν αὐτὸν πυρέττοντα μανικῶς διψήσαντα δὲ σφόδρα πιεῖν οἶνον. ἐκ τούτου δὲ φρενιτιάσαι καὶ τελευτῆσαι τριακάδι Δαισίου μηνός.

Itaque seu velimus seu nolimus in his acquiescendum est.

Plutarchus autem quamvis ceteroquin Arriano in conscribenda rerum memoria minime similis sit, tamen in Alexandri vita quo in opere solito integrior et magis probandus auctor ei suppetisse videtur, non in sola illa ex diariis regiis hausta narratione cum Arriano conspirat. Sunt alii quoque loci quibus uterque scriptor manifesto eodem auctore usus est:

67 Arr. 4, 87, 1 ἔνθα δὴ καὶ τὸ Κλείτου τοῦ Δρωπίδου πάθημα καὶ τὴν Ἀλεξάνδρου ἐπ' αὐτῷ ξυμφοράν, εἰ καὶ ὀλίγον ὕστερον ἐπράχθη, οὐκ ἔξω τοῦ καιροῦ ἀφηγήσομαι.

Significat se facinus ab Alexandro in Clitum commissum narraturum esse, arteque quae sequuntur inter se cohaerent usque ad cap. 10, ubi transgreditur scriptor ad Callisthenem, de quo nimium libere dicente, postea coniurationis contra Alexandrum ab Hermolao structae participe, denique suppliciis affecto usque ad capitis 14 finem copiose exponit. Ibi adicit haec: Ταῦτα μὲν δὴ οὐ πολλῷ ὕστερον πραχθέντα ἐγὼ ἐν τοῖσδε τοῖς ἀμφὶ Κλεῖτον ξυνενεχθεῖσιν Ἀλεξάνδρῳ ἀνέγραψα, τούτοις μᾶλλόν τι οἰκεῖα ὑπολαβὼν ἐς τὴν ἀφήγησιν. Quare neminem mirum habebit, paullo post, cap. 22, 2 extr. ubi de Alexandro in Bactris commorato refertur, haec addi: καὶ ἐν Βάκτροις τὸ ἀμφὶ Καλλισθένην τε καὶ τοὺς παῖδας πάθημα Ἀλεξάνδρῳ ξυνηνέχθη.

Iam apud Plutarchum prorsus eundem harum rerum ordinem a temporum rationibus abhorrentem reperimus. Porro, quod magni momenti est, cap. 50 init. in initio haec simillima verba posuit: Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον συνηνέχθη καὶ τὰ περὶ Κλεῖτον cett. Tum eodem fere quo Arrianus modo transit cap. 52 ad Callisthenem, eademque ratione hic statim fusius de Callisthene coniurationis participe et de eius poena ac morte exponit, quae narratio pertinet usque ad caput 55 extr. Denique vel in eo Plutarchus simillimus est Arriano, quod brevi post cap. 59 extr. quamquam Callisthenem non aperte nominat, tamen manifesto ad eum respiciens haec addit: Οὐκ ἐλάσσονα δὲ τούτων οἱ φιλόσοφοι πράγματα παρέσχον αὐτῷ, τούς τε προστιθεμένους τῶν βασιλέων κακίζοντες καὶ τοὺς ἐλευθέρους δήμους ἀφιστάντες. διὸ καὶ τούτων πολλοὺς ἐκρέμασεν. Haec si cum Arriani locis supra citatis conferamus, dubitari nequit, quin spectent ad Callisthenem. Verum de huius morte alii aliter retulerunt. cf. Plut. Alex. 55, 5 Ἀποθανεῖν δ' αὐτὸν οἱ μὲν ὑπ' Ἀλεξάνδρου κρεμασθέντα λέγουσιν, οἱ δ' ἐν πέδαις δεδεμένον καὶ νοσήσαντα, Χάρης δὲ μετὰ τὴν σύλληψιν ἑπτὰ μῆνας φυλάττεσθαι δεδεμένον — ἀποθανεῖν ὑπέρπαχυν γενόμενον καὶ φθειριάσαντα. Aptum huius rei supplementum Arrianus suppeditat 4, 14, 3 Καλλισθένην δὲ Ἀριστόβουλος μὲν λέγει δεδεμένον ἐν πέδαις ξυμπεριάγεσθαι τῇ στρατιᾷ, ἔπειτα νόσῳ τελευτῆσαι, Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου

στρεβλωθέντα καὶ κρεμασθέντα ἀποθανεῖν. Haec si inter se comparaverimus, videbimus Ptolemaei sententiam de Callisthenis morte ab Arriano aperte huic scriptori tribui, a Plutarcho per οἱ μὲν — λέγουσι vocabula significari, Aristobuli autem de eadem re narrationem prorsus conspirare cum Charete de quo confer CMuellerum l. c. pg. 114 sqq.

Qui cum vix ante Aristobulum scripsisse possit, ex illis locis etiam hoc efficitur, Aristobulum secutum esse Charetem qui Callisthenem non Alexandri iussu interfectum sed morbo vitam finisse narravit. Neque hanc ipsam prae ceteris narrationem Aristobulo placuisse mirabitur, quicunque meminerit, iam aliquotiens manifestum Aristobuli studium apparuisse vindicandi Alexandrum a crudelitatis acerbaeque vindictae crimine. Cuius studii luculentum exemplum subiungo Arr. 4, 8, 9 Ἀριστόβουλος δὲ ὅθεν μὲν ἡ παροινία ὡρμήθη οὐ λέγει. Κλείτου δὲ γενέσθαι μόνου τὴν ἁμαρτίαν cett. Ut enim largiamur vel Aristobulum Charete priorem fuisse illamque narrationem non ex Charete sed ex Aristobulo fluxisse qua de re certi quidquam statui nequit, hoc tamen quod ex propositi nostri ratione summi est momenti, probavimus, in Clito interfecto Callisthene mortuo narrando Arrianum vel in singulari temporumque rationes consulto neglegente rerum ordine tantum non conspirare cum Plutarcho.

Iam non vereor ne iusto subtilius argumentari videar si his accurate perpensis ita ratiocinor. Plutarchi et Arriani narrationes de Clito interfecto Callistheneque in supplicium dato tam arte inter se cohaerent ut ex eodem fonte manasse iudicandae sint, itaque quod valet in Plutarchi fontem necesse est valeat etiam in Arriani. Plutarchus vero ex diversis de Callisthenis morte relationibus quas cap. 55 congessit, postea in eadem re paucis significanda cap. 59 eam relationem secutus esse videtur cuius Arrianus Ptolemaeum esse auctorem aperte significat. Iam effici videtur, Ptolemaeum a Plutarcho primum et praecipuum auctorem adhibitum esse. Vereor tamen ut recte ita statuamus. Scilicet quicunque Plutarchi et cete-

rorum eiusdem generis scriptorum rationes bene perspectas habet, certe non casui tribuet quod et Plutarchus et Arrianus eodem fere narrationis loco de eadem re complures relationes congesserunt, imo hanc testimoniorum congeriem ab utroque scriptore in eodem fonte repertam et in suum librum translatam esse suspicabitur. Hic autem fons qui Aristobuli mentionem fecisse videtur, Ptolemaei liber esse nequit, quippe qui prius quam Aristobuli compositus sit (cf. pg. 25); sed ne Aristobuli quidem opus fuit, nam et Plutarchus cap. 59 extr. narrationem refert ab Aristobulea diversam, et id quod summi momenti est, Arrianus ipse quae de Cliti morte refert, quam narrationem artissime cum Callisthenis memoria coniunctam esses upra exposui, apertis verbis non ab Aristobulo profecta esse profitetur Arr. 4, 8, 9 Ἀριστόβουλος δὲ ὅθεν μὲν ἡ παροινία ὡρμήθη, οὐ λέγει. Κλείτου δὲ γενέσθαι μόνου τὴν ἁμαρτίαν.

Igitur et Plutarchus et Arrianus haec ex fonte communi derivaverunt in quo data opera variorum scriptorum de Cliti et Callisthenis morte variae narrationes religiose memoratae erant. E quo fonte aeque suspicabimur etiam ephemeridum illud fragmentum fluxisse, quod cum utrique scriptori commune sit, tamen neque ex Aristobulo neque ex Ptolemaeo manasse ipse testatus est Arrianus 7, 26, 3. Identidem consentaneum fit, Arrianum hoc fonte quem nisi fallor unum praesto habuit, ita usum esse, ut ea tantum ad componendam historiam Alexandri seligeret, quae Aristobuli Ptolemaeique auctoritate niti ille ipse fons aperte testaretur. Neque obstat huic sententiae ea lex quam Arrianus ipse sibi imposuit in praefationis loco saepius a me citato. Illud addam, hac sola explicari ratione id, quo quicunque Arriani Plutarchique temporum in rebus conscribendis consuetudinem perspectam habet non potest non offendi, nempe tam recentis aevi scriptoribus usum patuisse operum quae compluribus saeculis ante composita erant. Haec quidem difficultas tollitur ea quam modo assecuti sumus coniectura. Quin etiam aliis Arriani locis ex hac sola coniectura defensio et explicatio suppeditatur, ubi si statueremus, Arriano ipsa Ptolemaei et

Aristobuli opera ad manum fuisse, necesse esset aut eum ex praefationis illa lege violata accusare, aut inexplicatam rem relinquere. Velut:

68 Arr. 6, 11, 3 vulneratum esse Alexandrum apud Mallos referens ita loquitur: αὐτίκα ἐν Ὀξυδράκαις τὸ πάθημα τοῦτο γενέσθαι Ἀλεξάνδρῳ ὁ πᾶς λόγος κατέχει. τὸ δὲ ἐν Μαλλοῖς ἔθνει αὐτονόμῳ Ἰνδικῷ ξυνέβη cett. Item Plutarchus Alex. 73, 2 hanc Arriano unice probatam narrationem secutus πρὸς δέ, ait, τοῖς καλουμένοις Μαλλοῖς, οὕς φασιν Ἰνδῶν μαχιμωτάτους γενέσθαι, μικρὸν ἐδέησε κατακοπῆναι.

Quodsi nolumus statuere Plutarchum aeque atque Arrianum contra τὸν πάντα λόγον vere historicam narrationem ex ipsis Aristobuli sive Ptolemaei operibus hausisse, quod veri quam sit dissimile sponte intelleget quicunque Plutarchi consuetudinem cognoverit, consentaneum est, utrumque scriptorem hanc unice veram memoriam communi debere fonti. Neque enim vereor ne mihi obiciatur, fieri posse ut Arrianus sua e Plutarcho sumpserit. Hoc iam propterea fieri prorsus nequit, quod Arrianus in his ipsis locis ubi cum Plutarcho tam singulari modo conspirat haud raro multo uberiorem memoriam servavit, quae tamen ita est comparata ut non additamenti aliunde petiti speciem prae se ferat, verum ex eodem unde reliquae narrationis particulae manasse appareat. cf. ea quae dixi ad No. 63. pg. 38.

Addit Arrianus, similiter plerosque in eo errare quod magnam illam Alexandri victoriam de Dario reportatam esse autument ad Arbela, non ad Gaugamela,

69 Arr. 6, 11, 4 ἐπεὶ καὶ τὴν τελευταίαν μάχην τὴν πρὸς Δαρεῖον γενομένην — πρὸς Ἀρβήλοις γενέσθαι ὁ πᾶς λόγος κατέχει. — Ἄρβηλα δὲ τοῦ χώρου ἐν ᾧ τὴν ἐσχάτην μάχην Δαρεῖός τε καὶ Ἀλέξανδρος ἐμαχέσαντο οἱ μὲν τὰ πλεῖστα ξυγγράψαντες λέγουσιν ὅτι ἑξακοσίους σταδίους ἀπέχει, οἱ δὲ τὰ ἐλάχιστα, ὅτι ἐς πεντακοσίους. Ἀλλὰ ἐν Γαυγαμήλοις γὰρ γενέσθαι

τὴν μάχην πρὸς τῷ ποταμῷ Βουμώδῳ λέγει Πτολεμαῖος καὶ Ἀριστόβουλος.

Iam possit quispiam putare hoc iudicium ex Ptolemaeo et Aristobulo ab Arriano recte aestumatis ceterosque fontes auctoritate superantibus sumptum esse. Secus autem rem se habere demonstrat Plutarchi locus Alex. 31, 2 Τὴν δὲ μεγάλην μάχην πρὸς Δαρεῖον οὐκ ἐν Ἀρβήλοις, ὥσπερ οἱ πολλοὶ γράφουσιν, ἀλλ' ἐν Γαυγαμήλοις γενέσθαι συνέπεσε, idemque in hunc locum valet quod ad praecedentem No. 68 adnotavi.

70 Arr. 2, 3, 7 de nodo Gordio postquam exposuit pergit ita:

Ἀλέξανδρος δὲ ὡς ἀπόρως μὲν εἶχεν ἐξευρεῖν λύσιν τοῦ δεσμοῦ, ἄλυτον δὲ περιιδεῖν οὐκ ἤθελε, μή τινα καὶ τοῦτο ἐς τοὺς πολλοὺς κίνησιν ἐργάσηται, οἱ μὲν λέγουσιν ὅτι παίσας τῷ ξίφει διέκοψε τὸν δεσμὸν καὶ λελύσθαι ἔφη. Ἀριστόβουλος δὲ λέγει ἐξελόντα τὸν ἕστορα τοῦ ῥυμοῦ, ὃς ἦν τύλος διαβεβλημένος διὰ τοῦ ῥυμοῦ διαμπάξ, ξυνέχων τὸν δεσμόν, ἐξελκύσαι ἔξω τοῦ ῥυμοῦ τὸν ζυγόν. Quibuscum conferas

Plut. Alex. 18, 2 Οἱ μὲν πολλοί φασι, τῶν δεσμῶν τυφλὰς ἐχόντων τὰς ἀρχὰς καὶ δι' ἀλλήλων πολλάκις σκολιοῖς ἑλιγμοῖς ὑποφερομένων, τὸν Ἀλέξανδρον ἀμηχανοῦντα λῦσαι διατεμεῖν τῇ μαχαίρᾳ τὸ σύναμμα καὶ πολλὰς ἐξ αὐτοῦ κοπέντος ἀρχὰς φανῆναι, Ἀριστόβουλος δὲ καὶ πάνυ λέγει ῥᾳδίαν αὐτῷ τὴν λύσιν γενέσθαι, ἐξελόντι τοῦ ῥυμοῦ τὸν ἕστορα καλούμενον, ᾧ συνείχετο τὸ ζυγόδεσμον, εἶθ' οὕτως ὑφελκύσαντι τὸν ζυγόν.

Patet, utrumque scriptorem ex communi fonte haec prompsisse. Tamque arte inter se conspirant utriusque scriptoris verba, ut cum ex ratione supra iam significata statuere non liceat, Plutarchi librum ab Arriano usurpatum esse, tota haec quae et ex Aristobulo et ex aliis alia referentibus scriptoribus excerpta est narratio communi auctori deberi censenda sit. Qui auctor Aristobulus ipse esse nequit:

71 Arr. 2, 4, 7 Ἀλέξανδρος δὲ ὡς μὲν Ἀριστοβούλῳ λέλεκται,

ὑπὸ καμάτου ἐνόσησεν. οἱ δὲ εἰς τὸν Κύδνον ποταμὸν λέγουσι ῥίψαντα νήξασθαι ἐπιθυμήσαντα τοῦ ὕδατος, ἱδρῶντα καὶ καύματι ἐχόμενον. De hoc loco item ut de antecedenti esse iudicandum perspicuum fit ex

Plut. Alex. 19, 1 Ἦν δὲ ἡ διατριβὴ διὰ νόσον ἣν οἱ μὲν ἐκ κόπων, οἱ δὲ λουσαμένῳ ἐν τῷ τοῦ Κύδνου ῥεύματι καταπαγέντι προσπεσεῖν λέγουσι.

Haud secus statuendum de loco hoce:

72 Arr. 7, 13, 2 ἐνταῦθα λέγουσιν ὅτι Ἀτροπάτης ὁ τῆς Μηδίας σατράπης γυναῖκας ἑκατὸν αὐτῷ ἔδωκε, ταύτας φάσκων εἶναι τῶν Ἀμαζόνων — 3 extr. Ταῦτα δὲ οὔτε Ἀριστόβουλος οὔτε Πτολεμαῖος οὔτε τις ἄλλος ἀνέγραψεν ὅστις ἱκανὸς ὑπὲρ τῶν τοιούτων τεκμηριῶσαι.

Quae multo luculentius sed eodem fonte usus, quem neque Aristobulum neque Ptolemaeum ipsum esse ipsa loci ratio demonstrat, Plutarchus exponit, licet in ea re, casu opinor, differat ab Arriano, quod is Ptolemaeum omnino de hac re tacuisse, Plutarchus vero illum hanc fabulam data opera refutasse refert:

Plut. Alex. 46, 1 ἐνταῦθα δὲ πρὸς αὐτὸν ἀφικέσθαι τὴν Ἀμαζόνα οἱ πολλοὶ λέγουσιν, ὧν καὶ Κλείταρχός ἐστι καὶ Πολύκλειτος καὶ Ὀνησίκριτος καὶ Ἀντιγένης καὶ Ἴστρος. Ἀριστόβουλος δὲ καὶ Χάρης ὁ εἰσαγγελεὺς καὶ Πτολεμαῖος καὶ Ἀντικλείδης καὶ Φίλων ὁ Θηβαῖος καὶ Φίλιππος ὁ Θεαγγελεύς, πρὸς δὲ τούτοις Ἑκαταῖος ὁ Ἐρετριεὺς καὶ Φίλιππος ὁ Χαλκιδεὺς καὶ Δοῦρις ὁ Σάμιος πλάσμα φασὶ γεγονέναι τοῦτο.

Aequo modo et Arr. 7, 27, 1—3 et Plut. Al. 77, 1—3 simillime malignos rumores refutant quos quidam de Alexandro veneno interfecto divulgaverunt.

Arrianum vero non ipsum Ptolemaei opus adhibuisse ex alio quoque loco efficitur. Etenim postquam de Alexandro apud Mallos vulnerato exposuit, subicit haec:

73 Arr. 6, 11, 8 Τὸ δὲ δὴ μέγιστον πλημμέλημα τῶν ξυγγρα-

ψάντων τὰ ἀμφὶ Ἀλέξανδρον ἐκεῖνο τίθεμαι ἔγωγε. Πτολεμαῖον γὰρ τὸν Λάγου ἔςτιν οἳ ἀνέγραψαν ξυναναβῆναί τε Ἀλεξάνδρῳ κατὰ τὴν κλίμακα ὁμοῦ Πευκέςτᾳ καὶ ὑπεραςπίςαι κειμένου, καὶ ἐπὶ τῷδε Cωτῆρα ἐπικληθῆναι Πτολεμαῖον. καίτοι αὐτὸς Πτολεμαῖος ἀναγέγραφεν οὐδὲ παραγενέςθαι τούτῳ τῷ ἔργῳ. ἀλλὰ στρατιᾶς γὰρ αὐτὸς ἡγούμενος ἄλλας μάχεσθαι μάχας καὶ πρὸς ἄλλους βαρβάρους. Ταῦτα μὲν δὴ ἐν ἐκβολῇ τοῦ λόγου ἀναγεγράφθω μοι, ὡς μὴ ἀταλαίπωρον γίγνεςθαι τοῖς ἔπειτα ἀνθρώποις τὴν ὑπὲρ τῶν τηλικούτων ἔργων τε καὶ παθημάτων ἀφήγηςιν.

Quicunque haec legerit, arbitrabitur Arrianum ipsum ex intima Ptolemaei operis ipsius cognitione sic argumentari. Ad quaestionem solvendam non multum confert, quod Plutarchus Alex. 63, 3 sqq., licet alia de re aperte dissentiat a Ptolemaeo qui ex Arriani testimonio 6, 11, 7 ταύτην μόνην τὴν πληγὴν πληγῆναι λέγει τὴν ἐς τὸ στῆθος, cum Plut. l. c. narret: αὐτὸς δὲ τραύματα πολλὰ λαβών, tamen in eo cum Arriano Ptolemaeoque concordat, quod non refert Ptolemaeum Alexandri hac in expeditione socium fuisse. Sed audiamus alium auctorem:

74 Curt. Ruf. 9, 5, 21 Ptolemaeum qui postea regnavit, huic pugnae adfuisse auctor est Clitarchus et Timagenes. Sed ipse, scilicet gloriae suae non refragatus, afuisse se, missum in expeditionem memoriae tradidit. Tanta conponentium vetusta rerum monumenta vel securitas vel, par huic vitium, credulitas fuit.

Scilicet videmus Arrianum et Curtium conspirare non modo in narratione de Ptolemaeo illius proelii non participe et in argumentatione contra reliquos rerum scriptores instituta, verum etiam in iudicio illo quod uterque extremo enuntiato subiunxit. Nec desunt alia similis Curtii Arrianique conspirationis exempla, de quibus infra pauca dicenda sunt. Iam vero Curtium sive Claudi sive Vespasiani tempori adsignemus, de qua re ambigi notum est, antiquiorem fuisse

Arriano certum est, quem circa Hadriani imperium natum esse constat. Sed cum Arrianus quippe qui multo pleniorem rei notitiam promat, ex Curtio sua excerpsisse nullo modo statui possit, Curtii Arrianique consensus a communi quo usi sunt fonte repetendus est.

§ 8.

Plutarchum iam saepius vidimus cum eis Arriani narrationibus concordantem, quas e Ptolemaeo vel Aristobulo vel ex utroque affert. Et hos quidem omnes locos reperies in Ptolemaei Aristobuli fragmentorum collectione C Muelleri qui etiam Plutarchi aliorumque scriptorum similes locos adscripsit.

Iam vero Arrianus postquam in praefationis paragraphis 1 et 2 eam sibi legem condidit ut Ptolemaeum Aristobulumque quoad fieri posset sequeretur, de reliquis Alexandri rerum auctoribus addit haec:

75 Arr. Praefat. 3 ἔστι δὲ ἃ καὶ πρὸς ἄλλων ξυγγεγραμμένα, ὅτι καὶ αὐτὰ ἀξιαφήγητά τε μοι ἔδοξε καὶ οὐ πάντη ἄπιστα, ὡς λεγόμενα μόνον ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου ἀνέγραψα.

At multo quidem saepius Plutarchum deprehendimus haec λεγόμενα μόνον sequi, quam ea quae ex Aristobulo et Ptolemaeo ab Arriano afferuntur. Quod ut magis perspicuum fiat, describam complures locos quibus ea quae Arrianus verbis quae sunt λέγουσιν, λέγεται, εἰσὶν δὲ οἳ λέγουσιν, ὁ πᾶς λόγος κατέχει similibus dubia esse significat, Plutarchus ita refert ut ne minimam quidem dubitationis significationem addat.

	Arrianus	Plutarchus
76		Alex.
	1, 9, 10 λέγουσιν	11, 6 explicatius.
	1, 11, 7 λέγουσιν	15, 3.
	12, 1 οἱ δὲ, ὅτι καὶ	15, 3.
	2, 25, 2 Παρμενίωνα μὲν λέγουσιν	29, 3.

3, 2, 1 Λέγεται δέ τις καὶ τοιόσδε λόγος	26, 3. 4.
2, 6 Ἀριστόβουλος δὲ καὶ ὁ πλείων λόγος	27, 2.
10, 1 Παρμενίων δὲ λέγουσιν ὅτι	31, 4. 5.
4, 9, 2 καὶ λέγουσιν εἰσὶν οἳ	51, 4 extr.
9, 7 εἰσὶ δὲ οἳ λέγουσιν Ἀνάξαρχον	52, 2.
12, 2 ἀναγέγραπται δὲ δὴ καὶ τοιόσδε λόγος	54, 2 ex Charete narrat Plut.
14, 1. 2 οἱ δὲ πολλοὶ οὐ ταύτῃ λέγουσιν, ... ἤδη δέ τινες	55.
20, 1 λόγος κατέχει	30, 1 sqq.
5, 2, 3 λέγεται	58, 5 extr.
6, 11, 7 καὶ οἱ μὲν ξύλῳ πληγέντα cett.	63, 4 — τέλος δὲ πληγεὶς ὑπέρῳ cett.
26, 1 egregium narratur facinus Alexandri qui aquam coram exercitu aeque languescente solus bibere nolens effudit ἔνθα (scil. in Gadrosorum deserto) δὴ ἔργον καλόν — οὐκ ἔδοξέ μοι ἀφανίσαι, ἢ ἐν τῇδε τῇ χώρᾳ πραχθὲν, ἢ ἔτι ἔμπροσθεν ἐν Παραπαμισάδαις, ὡς μετεξέτεροι ἀνέγραψαν.	42, 4 Plutarchus hoc narrat ab Alexandro factum cum Bessum persequeretur. Adstipulatur igitur Plutarchus ei narrationi, quam ex Arriani testimonio μετεξέτεροι ἀνέγραψαν.
28, 1 ἤδη δέ τινες καὶ τοιάδε ἀνέγραψαν, οὐ πιστὰ ἐμοὶ λέγοντες. 2 extr. ταῦτα δὲ οὔτε Πτολεμαῖος ὁ Λάγου οὔτε Ἀριστόβουλος ὁ Ἀριστοβούλου ἀνέγραψαν, οὐ-	67, 1.

δέ τιϲ ἄλλοϲ ὅντινα ἱκανὸν ἄν τιϲ ποιήϲαιτο τεκμηριῶϲαι ὑπὲρ τῶν τοιῶνδε.	
7, 2, 1 — λέγεται	14, 2.
3, 2 οἱ δὲ καὶ — λέγουϲιν	69, 3.
14, 4 med. — οἱ δὲ ὅτι οἴνου περιεῖδεν ἐμληϲθέντα θεωρῶν αὐτόϲ.	72, 2 med.
14, 7 ἐναγίζειν τε ὅτι ἀεὶ ὡϲ ἥρωϊ ἐκέλευεν Ἡφαιϲτίωνι τοῦτο μὲν πρὸϲ τῶν πλείϲτων ἀναγέγραπται.	72, 2 med. quamvis leve intercedat discrimen: τιμᾶν Ἡφαιϲτίωνα καὶ θύειν ὡϲ ἥρωϊ.
14, 8 ἐκεῖνα δὲ πρὸϲ πάντων ξυμφωνούμενα,.... καὶ πυρὰν κελεῦϲαι αὐτῷ ἑτοιμάζεϲθαι ἐν Βαβυλῶνι ἀπὸ ταλάντων μυρίων, οἱ δὲ καὶ πλειόνων ἀνέγραψαν. Igitur non inter omnes auctores convenit de decem milibus talentorum rogo extruendo impensis. Velut Iustin. 12, 12, 11 'tumulumque ei duodecim millium talentum fecit' et Diod. 17, 115, 5 φαϲὶ τὸ πλῆθοϲ τῶν ἀναλωθέντων χρημάτων γεγονέναι πλείω τῶν μυρίων καὶ διϲχιλίων ταλάντων.	72, 3 — ἀπὸ μυρίων ταλάντων ἐπιτελέϲαι διανοούμενοϲ cett.
24, 4 ἀπὸ δὲ τοῦ πότου αὐτὸν μὲν ἀπαλλάττεϲθαι ἐθέλειν ἐπὶ κοιτῶνι εἰϲὶν οἳ ἀνέγραψαν.	75, 2 med.

§ 9.

De Clitarcho Curtii Iustini Diodori ut ferunt auctore.

Cum nuper CRaun (Bonnae apud Marcum 1868) in Clitarchum Curtii Justini Diodori auctorem inquisiverit, equidem paucis absolvam. Scilicet Droyseni Grotii Arnoldi Schaeferi VV. DD. vestigiis insistens ille sibi persuasit (l. c. p. 41 sqq.), Diodorum Iustinum Curtium ex ipso Clitarcho, non ex alio scriptore Clitarchum secuto sua hausisse. Ac Iustinum quidem iam supra (pg. 22 No. 53) monui semel rem narrare quam soli ut videtur Aristobulo tribuit Plutarchus. Et certe quidem ex hac una amborum scriptorum consensione de Iustini fonte certi quidquam concludi nequit, cum concedendum sit, fieri potuisse, ut Clitarchus quem Aristobulo recentiorem esse scimus, ex Aristobuli opere illam memoriam depromeret. Nolo ergo Raunio obloqui qui Clitarchum ipsum a Iustino usurpatum esse sibi videatur demonstrasse. At non item extra omnem dubitationem collocatum esse existimo, Curtium Diodorumque aeque ex ipso Clitarcho pendere.

Nimirum ille ipse locus Arriani 6, 11, 8 de quo aliam ob caussam exposui pg. 46 No. 74 manifesto contra Raunium pugnat. Ibi Arrianus errorem eorum qui Ptolemaeum Alexandro in summo discrimine versanti succurrisse autument, eo refutat, quod ipse Ptolemaeus testatur, eo tempore alia in regione bellum se gessisse. Eadem prorsus argumentatione usus Curtius 9, 5, 21 haec habet: 'Ptolemaeum qui postea regnavit huic pugnae adfuisse auctor est Clitarchus et Timagenes. Sed ipse scilicet gloriae suae non refragatus, afuisse se, missum in expeditionem memoriae tradidit. Tanta conponentium vetusta rerum monumenta vel securitas, vel par huic vitium, credulitas fuit.' At estne verisimile Curtium eodem Clitarcho de quo iustum sed acerbum iudicium fert, in toto opere praecipuo auctore usum esse? Immo illud ipsum iudicium non a Curtio profectum sed ex fonte nescio quo manasse l. c. demonstravi et eo quidem tribus auctoribus Arriano Curtio Plutarcho communi. Et quis est qui putet fieri

potuisse ut uno tantum in loco Curtius alterum illum fontem adiret, ceteroquin totus in Clitarcho haereret, cuius levitatem satis superque perspexisset? Accedit quod Curtius aliis quoque locis velut 8, 1, 17 inanium fabularum severum se iudicem praebet et saepe eadem atque Arrianus tradit, velut Curt. 3, 1, 9 Atheniensium legatio et Alexandri responsum eodem fere modo narratur quo ab Arriano 1, 29, 5 et 6. — Ceterum de Timagene Augusti aequali ablego ad C Muelleri fr. hist. gr. 3, 317 sqq.; Plutarchus eum semel tantum (Pompeius 49, 7) auctorem citat, vixque quisquam opinabitur, Timagenem pro Arriani Plutarchique fonte habendum esse. Aliter de Curtio iudicandum qui Timagenis libro videtur usus esse, quique haud scio an ex solo Timagene Clitarchum noverit. Sane cum Clitarcho Timagenes loco supra memorato congruit.

Non aliter quam de Curtio sentio de Diodoro. Videlicet idem Diodorus quem Raun l. c. maximam historiae Alexandri partem ex ipso Clitarcho hausisse statuit, cum Arriano Plutarcho Curtio in pugna Mallensi Alexandrum non a Ptolemaeo servatum esse narrat, sed unicum regis socium nominat Peucestam Diod. 17, 99, 4. Quod bene conspirat cum eis quae hac de re, cum valde ambigeretur de Alexandri periculi sociis, refert Arrianus:

77 Arr. 6, 11, 7 καὶ μὲν ὑπὲρ τῶν ὑπεραϲπιϲάντων ἐν τῷ κινδύνῳ Ἀλεξάνδρου, Πευκέϲταν μὲν γενέϲθαι ξύμπαντεϲ ὁμολογοῦϲιν.

Nonne multo probabilius suspicabimur, Diodorum similem Arriani rerum narrationem ante oculos habuisse, ideoque eum tantum Alexandri socium nominatim in libro suo collocasse, de quo inter omnes scriptores convenire cognovit? Non magis ad Clitarchum, Diodori auctorem referre ausim, quod is, cum Alexander utrum in Mallis an in Oxydracis a Peucesta servatus esset, ambigeretur (Arr. 6, 11, 3), hanc difficultatem ita oblitteravit, ut 17, 98, 1 haec scriberet Μετὰ δὲ ταῦτα ϲτρατεύϲαϲ ἐπὶ Ὀξυδράκαϲ καὶ τοὺϲ ὀνομαζομένουϲ Μαλλοὺϲ, ἔθνη πολυάνθρωπα καὶ μάχιμα, quocum conferendus Iust. 9, 4, 15 'Inde

ventum est in regionem Oxydracarum Mallorumque'. Neque Raunium fugit, extare locos ubi Diodorus manifesto cum Arriano concordet. Quodsi ex ipso Arriani praefationis testimonio statui vix potest, secutum eum esse nugacissimum Clitarchum, perspicuum fit, Diodorum compluribus in locis non Clitarcho sed eodem quo Arrianus fonte usum esse. Eiusmodi Arriani Diodorique locos Raun pg. 31 sq. non amplius duos affert: Arr. 1, 7, 1 et Diod. 17, 8, 4 de obsidione Thebarum, deinde Arr. 2, 4, 8 et Diod. 17, 51, 5 de morbo quo Alexander in Cilicia affectus est. Vereor autem ut in eis acquiesci possit quae dicit pg. 32: 'Saepius quom non invenerim Diodorum et Arrianum aperte consentientes, conexus inter eos fere nullus', et deinde pg. 33: 'Plura addere opus non est, quoniam loci quibus demonstretur conexus inter Curtium vel Diodorum et Arrianum, graviores eis quos supra attuli non extant.' Erravit enim in eo quod Arriani Diodorique consensum nimis artis finibus circumscripsit. Adscribam nonnullos locos a Raunio neglectos:

	Arrianus.	Diod. XVII.
78	7, 14, 1 — καὶ ἀγῶνα ἐπετέλει γυμνικόν τε καὶ μουσικόν, καὶ πότοι αὐτῷ ἐγίγνοντο παρὰ τοῖς ἑταίροις. καὶ ἐν τούτῳ Ἡφαιστίων ἔκαμε τὸ σῶμα etc.	cap. 110, 7 — ἀγῶνάς τε θυμελικοὺς ἐποίει καὶ πότους συνεχεῖς τῶν φίλων, ἐν οἷς Ἡφαιστίων ἀκαίροις μέθαις χρησάμενος, καὶ περιπεσὼν ἀρρωστίᾳ etc.
79	7, 15, 4 legatos venisse ad Alexandrum refert — καὶ Κελτοὺς καὶ Ἴβηρας, ὑπὲρ φιλίας δεησομένους. ὧν τά τε ὀνόματα καὶ τὰς σκευὰς τό τε πρῶτον ὀφθῆναι πρὸς Ἑλλήνων τε καὶ Μακεδόνων.	113, 2 — ἔτι δ' Ἰλλυριοὶ καὶ τῶν περὶ τὸν Ἀδρίαν οἰκούντων οἱ πλείους, τά τε Θρᾴκια γένη καὶ τῶν πλησιοχώρων Γαλατῶν, ὧν τότε πρῶτον τὸ γένος ἐγνώσθη παρὰ τοῖς Ἕλλησιν.
80	6, 10, 1 Ἀλέξανδρος δὲ βάλλεται καὶ αὐτὸς — ὑπὲρ τὸν μαστόν cett.	99, 3 τέλος δὲ τοξευθεὶς ὑπὸ τὸν μαστόν cett.

81	7, 22, 3 diadema in aquam cecidit — καὶ ὅτι τῶν τιϲ ναυτῶν ἐκνηξάμενοϲ ὡϲ ἐπὶ τὸ διάδημα —	cap. 116, 6 — εἷϲ τῶν ἐρετῶν προϲνηξάμενοϲ καὶ βουλόμενοϲ ἀϲφαλῶϲ ϲῶϲαι τὸ διάδημα —
82	7, 26, 3 Οἱ δὲ καὶ τάδε ἀνέγραψαν, ἐρέϲθαι μὲν τοὺϲ ἑταίρουϲ αὐτὸν ὅτῳ τὴν βαϲιλείαν ἀπολείπει, τὸν δὲ ἀποκρίναϲθαι ὅτι τῷ κρατίϲτῳ. οἱ δὲ, προϲθεῖναι πρὸϲ τούτῳ τῷ λόγῳ ὅτι μέγαν ἐπιτάφιον ἀγῶνα ὁρᾷ ἐφ᾽ αὐτῷ ἐϲόμενον.	117, 4 τῶν δὲ φίλων ἐπερωτώντων, τίνι τὴν βαϲιλείαν ἀπολείπειϲ; εἶπε τῷ κρατίϲτῳ. καὶ προϲεφθέγξατο, ταύτην τελευταίαν φωνὴν προέμενοϲ, ὅτι μέγαν ἀγῶνα αὐτῷ ἐπιτάφιον ϲυϲτήϲονται πάντεϲ οἱ πρωτεύοντεϲ τῶν φίλων.

Post haec Arrianus statim addit rumores illos de Alexandro ab Antipatro veneno interfecto cap. 27, 1—2; eademque narratio Diodoro item antecedentibus subiungitur cap. 117, 5 extr. usque ad 118, 1.

83	7, 27, 1 — καὶ φάρμακον ὅτι ἐπέμφθη παρὰ Ἀντιπάτρου Ἀλεξάνδρῳ καὶ ἐκ τοῦ φαρμάκου ὅτι ἀπέθανε. καὶ τὸ φάρμακον ὅτι Ἀριϲτοτέληϲ μὲν Ἀντιπάτρῳ ἐξεῦρε δεδοικὼϲ ἤδη Ἀλέξανδρον Καλλιϲθένουϲ ἕνεκα, Κάϲανδροϲ δὲ ὁ Ἀντιπάτρου ἐκόμιϲεν. οἱ δὲ καὶ ὅτι ἐν ἡμιόνου ὁπλῇ ἐκόμιϲε καὶ τοῦτο ἀνέγραψαν. Δοῦναι δὲ αὐτὸ Ἰόλλαν τὸν ἀδελφὸν τοῦ Καϲάνδρου τὸν νεώτερον. εἶναι γὰρ οἰνοχόον βαϲιλικὸν τὸν Ἰόλλαν καί τι καὶ λελυπῆϲθαι πρὸϲ Ἀλεξάνδρου ὀλίγῳ πρόϲθεν τῆϲ τελευτῆϲ.	cap. 117, 5 — ἀποφαινόμενοι διὰ φαρμάκου θαναϲίμου γεγονέναι τὸν θάνατον .... φαϲὶ γὰρ Ἀντίπατρον ἐπὶ τῆϲ Εὐρώπηϲ ϲτρατηγὸν ὑπ᾽ αὐτοῦ καταλειφθέντα διενεχθῆναι πρὸϲ Ὀλυμπιάδα τὴν μητέρα τοῦ βαϲιλέωϲ, καὶ τὸ μὲν πρῶτον καταφρονεῖν αὐτῆϲ διὰ τὸ μὴ προϲδέχεϲθαι τὸν Ἀλέξανδρον τὰϲ κατ᾽ αὐτοῦ διαβολάϲ, ὕϲτερον δ᾽ ἀεὶ τῆϲ ἔχθραϲ αὐξομένηϲ, τοῦ βαϲιλέωϲ διὰ τὸ πρὸϲ τὸ θεῖον εὐϲεβὲϲ πάντα βουλομένου τῇ μητρὶ χαρίζεϲθαι, πολλὰϲ ἐμφάϲειϲ διδόναι τῆϲ πρὸϲ αὐτὸν ἀλλοτριότητοϲ. πρὸϲ δὲ τούτοιϲ τῆϲ Παρμενίωνοϲ

καὶ Φιλώτου σφαγῆς φρίκην ἐμποιούσης τοῖς φίλοις, διὰ τοῦ ἰδίου υἱοῦ τεταγμένου περὶ τὸν κύαθον δοῦναι πιεῖν θανάσιμον φάρμακον τῷ βασιλεῖ.

Pauca tantum et quae mihi legenti quasi ultro sese obtulerunt adscripsi, neque dubito quin locorum concordantium numerus, si dedita opera Diodori lib. XVII perlustretur, facile augeri possit. Quare etiam hac de re iusto confidentius vir ille doctus pronuntiasse videtur.

Iam ut brevi quae huc usque disputavi complectar, id demonstrasse mihi videor, Arrianum et Plutarchum communi usos esse fonte qui diversas diversorum de Alexandri Magni rebus gestis memorias ita referret, ut singulis narrationibus singulorum auctorum nomina apponerentur. Atque Arrianus quidem ex hoc fonte ea potissimum selegit, quae Ptolemaei Aristobuli testimonio confirmari videret, Ptolemaei vero Aristobulique libros ipsos nequaquam versavit. Plutarchus autem quamquam narrationibus vere historicis quales auctor eius Ptolemaeo Aristobuloque debuit assentitur, nihilominus ex libri sui proposito facete dictorum iocorumque nimis curiosus debito propensius recentiorum nugas et inventa in opus suum recepit. De Diodoro Curtio Iustino nolim confidentius quam par est statuere, hoc unum negarim, idoneis rationibus constare, ipso eos Clitarchi opere usos esse.

§ 10.

Superest ut pauca dicam de auctore ab Arriano Plutarchoque praecipuo adhibito, quis fuerit quid scripserit quonam vixerit tempore. At ne de hac quidem re certi quidquam pronuntiare ausim. Sed qua via ac ratione procedendum sit in hac quaestione solvenda uno potissimum Plutarchi loco efficitur de quo supra disputavi pg. 45 No. 72.

Ibi cum similis Arrianei loci comparatione perspicuum factum sit, auctorum eam enumerationem quae apud Plutarchum l. c. extat, non ab ipso Plutarcho compositam sed ex

eo fonte descriptam esse, quo etiam Arrianus usus sit, illa ipsa auctorum enumeratio accuratius examinanda est ut appareat quo tempore facta esse videatur.

Plutarchi ille locus (Alex. 46, 1) de Amazonibus est cum Alexandro convenientibus. Quod factum esse ex Plutarchi testimonio contenderunt Clitarchus Polyclitus Onesicritus Antigenes Ister, negaverunt multo plures Aristobulus Chares ὁ εἰσαγγελεύς, Ptolemaeus, Anticlides, Philo Thebanus, Philippus Theangelensis, Hecataeus Eretriensis, Philippus Chalcidensis, Duris Samius.

Clitarchus (C Mueller l. c. pg. 74 sqq. ASchaefer fontes hist. gr. 64) Alexandri aequalis sed paullo iunior fuit. Onesicritus Alexandrum aetate superasse videtur; Ptolemaeum et Aristobulum circa annos 290 et 280 scripsisse demonstravimus. Charetem Alexandri aequalem fuisse probabile est; Hecataeum Eretriensem C Mueller l. c. 49 Alexandro aetate supparem fuisse evicit. Polyclitum sive ut Plutarchi libri l. c. exhibent Polycritum haud improbabiliter C Mueller l. c. pg. 129 suspicatus est Alexandri aetate vixisse quod idem statui licet de Antigene (C Mueller l. c. p. 157); Philo Thebanus, Philippi Theangelensis et Chalcidensis quo tempore vixerint non liquet. Ne de Anticlide quidem Atheniensi quidquam traditum est, fragmenta autem quae ex opere eius supersunt (C Mueller l. c. pg. 146), virum Alexandrinorum doctrina imbutum et qui non ante Callimachum vixerit prodere videntur. Supersunt Duris Samius et Ister qui circa annum 240 floruisse perhibentur. Omnium igitur illorum scriptorum quotquot Plutarchus loco supra citato attulit, quatenus de eis compertum habemus, nullus anno 240 recentior est. Neque probabile est, Plutarchum ipsum in scriptorum delectu sive casu sive consilio nescio quo se intra hanc aetatem continuisse, sed hoc quoque fonti ex quo hausit tribuendum esse. Idem si quid video statuendum est de reliquis plerisque scriptoribus quibus Arrianus et Plutarchus usi sunt. Quapropter Nearchi Megasthenis Eratosthenis mentionem eidem fonti tribuo, unde fit consentaneum, fontis illius tempus,

quo compositus est, remotius esse vix posse anno 194 vel 196 quo Eratosthenem obiisse scimus.

Unus superest locus quo Arrianus duos auctores huc usque non tractatos nominat. Videlicet postquam retulit legatos undique Alexandrum convenisse, pergit ita:

84 Arr. 7, 15, 5 Ἄριcτοc δὲ καὶ Ἀcκληπιάδηc τῶν τὰ Ἀλεξάνδρου ἀναγραψάντων καὶ Ῥωμαίουc λέγουcιν ὅτι ἐπρέcβευcαν. καὶ ἐντυχόντα ταῖc πρεcβείαιc Ἀλέξανδρον ὑπὲρ Ῥωμαίων τι τῆc ἐc τὸ ἔπειτα ἐcομένηc δυνάμεωc μαντεύcαcθαι, τόν τε κόcμον τῶν ἀνδρῶν ἰδόντα καὶ τὸ φιλόπονόν τε καὶ ἐλευθέριον καὶ περὶ τοῦ πολιτεύματοc ἅμα διαπυνθανόμενον. 6) καὶ τοῦτο οὔτε ὡc ἀτρεκὲc οὔτε ὡc ἄπιcτον πάντῃ ἀνέγραψα. πλήν γε δὴ οὔτε τιc Ῥωμαίων ὑπὲρ τῆc πρεcβείαc ταύτηc ὡc παρὰ Ἀλέξανδρον cταλείcηc μνήμην ἐποιήcατό τινα, οὔτε τῶν τὰ Ἀλεξάνδρου γραψάντων, οἷc τιcι μᾶλλον ἐγὼ ξυμφέρομαι, Πτολεμαῖοc ὁ Λάγου καὶ Ἀριcτόβουλοc. οὐδὲ τῷ Ῥωμαίων πολιτεύματι ἐπεοικὸc ἦν, ἐλευθέρῳ δὴ τότε ἐc τὰ μάλιcτα ὄντι, παρὰ βαcιλέα ἀλλόφυλον, ἄλλωc τε καὶ ἐc τοcόνδε ἀπὸ τῆc οἰκείαc πρεcβεῦcαι, οὔτε φόβου ἐξαναγκάζοντοc οὔτε κατ' ἐλπίδα ὠφελείαc, μίcει τε, εἴπερ τινὰc ἄλλουc, τοῦ τυραννικοῦ γένουc τε καὶ ὀνόματοc κατεχομένουc.

In paragrapho 5 quae sive ab Aristo sive ab Asclepiade tota pendet, Romanorum rerum studium deprehenditur, unde Aristus Asclepiadesque quinam fuerint quoque tempore vixerint coniectura assequi possumus. Aristi meminit etiam Strabo 14, 682 καὶ μετὰ ταῦτα ἡ Cαλαμίc [in Cypro insula], ὅθεν ἦν Ἄριcτοc ὁ cυγγραφεύc. Quo loco cum Strabo, quem circa annum 58 a. Chr. natum circa annum 25 p. Chr. mortuum esse persuasit mihi Hasenmueller de Strabonis vita pg. 20 sqq., imperfecto ἦν tempore utatur, necesse est, eo tempore quo scripsit Strabo, vita iam defunctum fuisse Aristum. Manifesto autem falsus est I G Vossius hist. gr. 1 pg. 96 West. hunc Aristum eundem fuisse autumans atque

Aristum philosophum academicum cuius, ut Ciceronis, Athenis magister fuerat Antiochus Ascalonita. Nimirum hic Aristus Ascalonita erat, Aristum historicum Salamine Cypri urbe oriundum esse Strabo l. c. testatur. Porro idem Strabo rursus Aristi mentionem fecit 15, 730 extr. ubi Aristobuli Onesicritique de Cyri sepulcro narrationes referens addit haec: Ἄριστος δ' ὁ Σαλαμίνιος πολὺ μέν ἐστι νεώτερος τούτων, λέγει δὲ δίστεγον τὸν πύργον καὶ μέγαν cett. Quod sane minus apte dictum esset, si Aristus primo ante Christum natum saeculo adscribendus esset.

Ille igitur Aristus unde notitiam de Romanorum legatis ad Alexandrum missis hauserit perspicuum fit ex alio loco

85 Plin. nh. 3, 57 C Mueller Clitarchi fr. 23 pg. 83 'Theophrastus qui primus externorum aliqua de Romanis diligentius scripsit; nam Theopompus ante quem nemo mentionem habuit, urbem dumtaxat a Gallis captam dixit. Clitarchus ab eo proximus legationem tantum ad Alexandrum missam, hic iam plus quam ex fama.'

Itaque de Romana illa legatione multo ante Aristum retulit Clitarchus Onesicriti Aristobulique fere aequalis. De quo Clitarchi fragmento (23 pg. 83) C Mueller 'Clitarchum' inquit 'sequuntur Diodor. 17, 113, 9 [immo 2] Curtius 7, 95 Memnon in hist. Heracleae'. Ubi viri egregii levem errorem corrigam. Etenim primum Curtii locum frustra quaesivi (Muelleri enim numeri 7, 95 aperte sunt falsi) vereorque ut hic his de legationibus omnino locutus sit. Memnonis deinde mentionem recte factam esse dubitanter tantum concedo. Memnonis enim (C Mueller fr. hist. gr. 3 pg. 538, Memn. fr. 25, 3) a Photio haec verba referuntur: ὅπως δὲ ἐπὶ τὴν Ἀσίαν Ἀλεξάνδρῳ διαβαίνοντι καὶ γράψαντι, ἢ κρατεῖν, ἐὰν ἄρχειν δύνωνται, ἢ τοῖς κρείττοσιν ὑπείκειν, στέφανον χρυσοῦν ἀπὸ ἱκανῶν ταλάντων Ῥωμαῖοι ἐξέπεμψαν. Quae sive Memnonis sive Photii verba legationem illam non cum Clitarcho Aristo Asclepiade post Alexandri ex India reditum sed eo tempore factam esse statuunt, quo primum in Asiam

transgressus esset. Diodorum autem cum Clitarcho conspirare in legatione Romana nescio unde C Mueller sumpserit, neque Doerner neque Sintenis ad Arr. 7, 15 4 recte hac de re indicasse mihi videntur. Namque Diodorus l. c. haec habet:

86 Diod. 17, 113, 2 πολλοὶ καὶ τῶν ἐκ τῆς Εὐρώπης καὶ Λιβύης κατήντησαν, ἐκ μὲν Λιβύης Καρχηδόνιοι καὶ Λιβυφοίνικες καὶ πάντες οἱ τὴν παράλιον οἰκοῦντες μέχρι τῶν Ἡρακλείων στηλῶν scilicet in ora Africae, ἐκ δὲ τῆς Εὐρώπης αἵ τε τῶν Ἑλλήνων πόλεις ἐξέπεμψαν καὶ Μακεδόνες, ἔτι δ' Ἰλλυριοὶ καὶ τῶν περὶ τὸν Ἀδρίαν οἰκούντων οἱ πλείους, τά τε Θρᾴκια γένη καὶ τῶν πλησιοχώρων Γαλατῶν, ὧν τότε πρῶτον τὸ γένος ἐγνώσθη παρὰ τοῖς Ἕλλησιν.

Non assequor quo iure haec Clitarchi illam narrationem referre dici possint.

Sed iam ad Aristum redeundum est. Quem C Mueller alio Aristi fragmento (4 pg. 154 Athen. 10, 436 E) usus, recte ut opinor coniecit paullo antiquiorem fuisse Polemone, Aristophanis Byzantii aequali circa annum 200 florente. Apte igitur suspicabimur Aristum narrationem illam de Romanorum legatis ex Clitarcho hausisse. At quae Arrianus praeterea ex Aristi Asclepiadaeque operibus promit de rationibus quibus ductus Alexander Romanos comiter exceperit, ea non cadunt nisi in scriptorem Romanis rebus aperte faventem ac propterea ex Aristo vix ac ne vix quidem possunt profecta esse. Relinquitur ut ex Asclepiadae libro ea originem ducere suspicemur, qui certe nihil obstat quominus Romanis propensus fuisse statuatur. Inter multos eiusdem nominis scriptores Asclepiades ab Arriano memoratus, quis fuisse videatur, hoc loco quaerere supersedeo ac satis habeo repetere eam sententiam quam et probasse mihi videor et probatum iri spero has res callentibus, Arrianum in opere suo conscribendo si minus unicum at certe praecipuum auctorem adhibuisse scriptorem quem non ante alterum a. Chr. saeculum vixisse auctorum catalogo supra excusso demonstravi.

Quae si vera sunt, minime etiam nunc erit recedendum ab ea lege qua in memoria rerum ab Alexandro gestarum ad historicae artis rationem sciscitanda et redintegranda et quasi refingenda Arriani potissimum vestigiis insistere iubemur. Quamquam enim optimos et fere primarios fontes Ptolemaeum et Aristobulum non ipsos adiit, unde sane fidei eius nonnihil detrahitur, tamen secundario fonte prudenter et veri studiose usus viam exemplo monstravit, qua, qui derivatis fontibus uti coacti sumus, incedere debeamus.